



R. 276. VI  
Q. HORATI  
FLACCI  
Opera codice Bland. descripta.

VINTVS HORATIVS  
Flaccus Venusinus, patre, ut-  
ipse quidem tradit, liberti-  
no, & exactiōnū coactore, ut  
verō creditum est, fallamen-  
tario, cūm illi quidam ex-  
probriasset in p[ro]ercatione: Quoties ego vidi  
potrem tuum brachio se emungentem & Bella  
Philippensi exieris à M. Bruto Imperatore,  
tributus militiā n[on] meruit: vīctisque partibus  
venia impetrat, scriptum Quæstoriorum com-  
paravit. Ac p[er]imò Meccenati, mox Augusta  
in graiam iugnatus, non mediocrem in  
amborum amicitia locum tenuit. Meccopas  
quanto p[er]e erat, dilexerit satis demonstrauit  
illo epigrammate:

*Ni tessiferibus meis, Horati,  
Plus jam dugo, tu tuum sodalem  
Hinno mea deas strigosorem.  
Sed multo magis extremis Elquiliis tali ad  
Augilium elongo.*

*Hoc illi Facci, ut me, esto memor.*  
Augustus epitolum quoque ei officium ob-  
sulit, ut hoc ad decennatam scripto signifi-

R.2769 VI  
Q HORA  
REAGGI

Augusto codice bland. descripta.

VÍNTVS HORATIVS  
Flaccus Venusinus, patre, up-  
iſe quidem tradit, liberti-  
no, & exactiōnū coactore, u-  
verō creditum est, salsamen-  
tario, cū illi quidam ex-  
probrasset in altercatione: Quoīes, ego vidi  
patrem tuum brachio se emungentem & Bellu-  
Philippensi excitus à M. Bruto Imperatore,  
tribunus militum meruit: viuisque partibus,  
veniā impetratā, scriptum Quæstoriorum com-  
paravit. Ac primò Meccenati, mox Augusto  
in gratiam insinuatus, non mediocrem in  
amborum amicitia locum tenuit. Meccenas  
quantoperè eum dilexerit satis demonstratum  
illo epigrammate:

Ni te visceribus meis, Horati,  
Plus jam diligo, tu tuum sodalem.  
Hinno me videas strigostorem.  
Sed multò magis extremis Esquiliis tali, ad  
Augustum elogio:  
Horatii Flacci, ut mei, esto memor.  
Augustus epistolarum quoque ei officium ob-  
sulit, ut hoc ad Meccenatem scripto signifi-

aciebam scribendis epistolis  
hanc occupatissimus, & infirmus,  
nostrū te cupio adducere. Veniet, jui-  
tū ab ista parasitica mensa ad hanc regiā, &  
pros in epistolis scribendis adjuvabit. Ac ne re-  
cusansi quidem aut succensuit quicquam, aut  
fasciatim suam suggestere desit. Extant epi-  
stolæ, è quibus argumenti gratiā, pauca subje-  
cti, sume tibi aliquid juris apud me, tanquam  
si convictor mihi fueris: recte enim: & non  
temere feceris, quoniam id usus mihi tecum  
esse volui, si per valetudinem tuam fieri pos-  
sit. Et rursus: Tui qualē habeo memo-  
riam, poteris ex Septimio quoque nostro au-  
dire: nam' incidit, ut illo coram fieret à me tui  
mentio. Neque enim si tu superbis amici-  
tiam nostram sprevisti, ideo nos quoque  
m̄d̄uzḡp̄o, ḡp̄. Præterea sap̄e eum in-  
ter alios jocos, pūissimum penem, & ho-  
munciosem lepidissimum appellat, unaque &  
altera liberalitate locupletavit. Scripta qui-  
dem ejus usq; adeo probavit, mansuraque per-  
petuò credidit, ut non modo Sæculare car-  
men componendum injunxit, sed & Vindel-  
licam victoriā Tiberii, Drusique privigio-  
rum suōrum: eumque coegerit propter hoc,  
tribus Carminum libris, ex longo intervallo,  
quartum addere. Post Sermones verò lectos  
quosdam, nullam sui mentionem habitam ita-  
sit questus: Irasci me tibi scito, quod non in  
plerisque ejusmodi scriptis mecum potissimum  
quaris. An vereis ne apud posteros infami-  
tibi

tibi sit, quod videaris familiaris nobis en-  
tibz. Exp̄. s̄. sitque Eclogam, cuius initium est:  
Cū tot sustineas, & tanta negotia solus,  
Rex Italas armis tuteris, moribus ornes,  
Legibus emendas, in publica cōmoda peccato-  
Si longo sermone morer tua tempora, Casar.  
Habitu corporis brevis fuit, atque obesus: qua-  
lis & à se meipso in Satyris describitur, & ab  
Augusto hac epistola: Pertulit ad me Diony-  
sius libellum tuum, quem ego (ne accusem  
brevitatem) quantuluscumque est, boni con-  
sulo. Vereri autem mihi videris, nē majores  
libelli tui sint, quām ipse es: sed si tibi statu-  
ra deest, corpusculum non deest. Itaque lice-  
bit in sextariolo scribas, cū circuitus volu-  
minis tui fit ḡyxwδ̄s̄at. Sicut est ven-  
triculi tui. Ad res venereas intemperantior  
traditur. Nam speculato cubiculo scorta dici-  
tu habuisse disposita, ut quocumque respexis-  
set, ibi ei imago cōitus referretur. Vixit plu-  
rimū in secessu ruris sui Sabini, aut Tibur-  
tinī; domusque ejus ostenditur circa Tiburni  
luculum. Venerunt in manus meas, & elegi  
sub ejus titulo, & epistola prosa oratione,  
quasi commendantis se Meccenati; sed utra-  
que falsa puto. Nam elegi vulgares, epistola  
obscura: quo vitio minimè tenebatur. Natus  
est vj. id. Decembr. L. Cotta, & L. Torqua-  
to Consulibus. Decessit v. Kal. Déc. C. Mario  
Censorino, & C. Alsinio Gallo Cons: post no-  
num & quinquagesimum annum, nārede Au-  
gusto palam nuncupato, cū urgente vi va-

terudinis non saceret ad obsignandas testa-  
menta tabulis. Humatus, & conditus est ex-  
temis Equestris, juxta Mecenatis tumulum.

Eiusdem Horatij vita, in eodem codice  
aliter descripta.

**Q** Vintus Horatius Flaccus libertino patre  
natus in Apulia, cum parente in Sabi-  
nos commigravit, quem cum pater puerum  
Romam misserit in ludum litterariorum par-  
cissimis eruditus impensis angustias patris vi-  
vit ingemio, coluitque adolescentis Brutum, sub  
quo tribunus militum civili bello militavit,  
capitusque à Cæstare post multum tempus, be-  
neficio Mecenatis non solum servatus, sed  
iam in amicitiam recepius est, qua propter  
Mecenati, & Augusto in omnibus scriptis  
suis venerabiliter allurgit. Scriptis autem car-  
minum libr. iv. Epodon I. Carmen Sæculare.  
Sermonum lib. II. Epistolarum II. De arte  
poëtica I. Commentarii sunt in illum Porphy-  
riion, Modestus, Helenius, Acron. Omnia  
autem optimè Acron.

## TESTIMONIA DE SCRIPTIS HORATII.

M. Fabius Quintilianus.  
De Lyricis Horatii.

**A**T Lyricorum idem Horatius ferè solus le-  
gi dignus. Nam & insurgit aliquando,  
& plenus est jucundiorum, & gratiarum variis fi-  
guris, & verbis felicissime audax.

De

De iisdem Petronius

Præterea curandum est, ne sententia  
neant extra corpus orationis expressæ sit  
in extenso vestibus colore nitant. Homerus testis,  
& Lyrici, Romanusque Virgilius, & Horatii cuius  
risa felicitas.

De Satyris Quintilianus.

**S**Atyra quidem tota nostra est: in qua primus  
insignem laudem adeptus est Lucilius: qui  
quosdam ita deditos sibi adhuc habet amatores,  
ut eum non ejusdem modo operis autoribus, sed  
omnibus poëtis preferre non dubitent: Ego quan-  
tum ab illis, tantum ab Horatio dissentio, qui  
Lucilium fluere luctulentum, & esse aliquid quod  
tallere possis putat. Multo est tertiior, ac purus  
magis Horatius, & ad notandos dominum mo-  
res precipitus.

De iisdem autor libri, De causis corruptæ  
eloquentiae.

**S**ed vobis utique versantur ante oculos, qui  
Lucilium pro Horatio, & Lucretium pro  
Virgilio legunt.

Idem. De Oratore.

**E**xigitur enim jam ab oratore etiam poëticus  
decor: non Attici, aut Pacuvij veterno in-  
quinatus, sed ex Horatii, & Virgilii, & Lucani  
sacrario prolatus.



Q. Hoc

Q. HORATI  
FLACCI  
CARMINVM  
LIBER PRIMVS.

ODE I.

Alios aliis rebus duci : se lyricorum vera  
suum studiū teneri.

**M**ecenas stavis edite Regibus,  
O & presidium, & dulce decus meum.  
Sunt quos curriculo pulverem Olympicum  
Collegisse juvat, metaque servidis  
Evitata rotis, palmaque nobilis  
Terrarum dominos evehit ad Deos.  
Hunc, si mobilium turba Quiritum  
Certat tergeminis rollere honoribus;  
Illum, si proprio condidit horreo  
Quicquid de Libycis verritur areis,  
Gaudentem patrios findere sarculo  
Agros, Attalicis conditionibus  
Nunquam dimovens, ut trabe Cypri  
Myrtoum pauidus nauta fecet mare  
Luctantem Icariis fluctibus Africum  
Mercator metuens; otium, & oppidi  
Laundat rura sui: mox resicit rates

# CARMINVM

acilis pauperiem pati.  
 nec veteris pocula Massici,  
 artem solidò demere de die  
 erit, ~~hunc~~ viridi membra sub arbuto  
 Stratus, nunc ad aqua lene caput sacra.  
 Maltos castra juvant, & lito tuba  
 permisus sonus, bellaque matribus  
 Desistat. Manet sub jove frigido  
 Venerator, tenera conjugis immemors  
 Ses visa est catulis cerva fidelibus,  
 Ses rupit teretes Marsus aper plagos.  
 Me doctorum hedera premia frontium  
 Dis miscent Superis: me gelidum nemus,  
 Nympharumque leves cum Satyris choris  
 Secernunt populo; si neque tibias  
 Euterpe cohiberet, nec Polyhymnia  
 Lesboum refugit tendere barbiton.  
 Quod si me lyricis valibus inseres,  
 Sublimi feriam sidera vertice.

# AD AVGVSTVM CAESAREM.

O D E II.

Deos omnes iratos esse Romanis, ob Cæsari  
 is cædem: unam imperii spem in  
 Augusto constitutam.

Jam satis terris nivis, atque dira  
 Grandinis misit Pater, & rubente  
 Dexterâ sacras faculatus arcis,  
 Terruit Urbem.  
 Terruit gentes, grave ne rediret  
 Seculum Pyrrha, noua monstra queset;  
 Omne

# LIBER

Omne cum Proetus pecus egit alcas  
 Visere montes:  
 Piscium & summa genus habet ulmo:  
 Nota qua sedes fuerat columbis:  
 Et superjecto pavida natarunt  
 Äquore dama.  
 Vidimus flavum Tiberim, retortis  
 Littore Etruso violenter undis,  
 Ire dejectum monumenta Regis,  
 Templaque Vesta:  
 Ilia dum se nimium querenti,  
 Factat ultorem, vagus & sinistro  
 Labitur ripa, Jove non probante,  
 Uxorius amnis.  
 Audiet, cives acuisse ferrum,  
 Quo graves Perse melius perirent;  
 Audiet pugnas, vitio parentum  
 Rara juventus.  
 Quem vocet Divum populus ruentis  
 Imperi rebus: prece qua fatigent  
 Virgines sancto minis audientem  
 Carmina Vesam:  
 Cui dabit partes scelus expiandi  
 Jupiter tandem venias precamur,  
 Nube candentes humeros amissus  
 Augur Apollo:  
 Sive tu maris Erycina ridens,  
 Quam focus circumvolat, & Cupido:  
 Sive neglectum genus, & nepotes  
 Respicis auctor,  
 Hen nimis longo satiate ludo;  
 Quem juvat clamor, & galaque leves;

## CARMINVM

Tauri peditis cruentum  
Vultus in hostem.  
mutata juvenem figuram  
Aes in terris imitaris alma  
Elius Maja, patiens vocari  
Cesaris ultor.  
Serus in Calum redeas, digne  
Latus interstis populo Quirini;  
Nerve te nostris vitiis iniquum  
Ocyor aura  
Tollat: hic magnos potius triumphos,  
Hic ames diu Pater, atque Princeps;  
Neu sinas Medos equitare insultos  
Te duce, Cesar.

## IN VIRGILIVM ATHENAS proficiscentem.

O D E III.

Secundam ei navigationem precatur: deinde  
occasione nactus, hominum  
audaciam detestatur.

Sic te diva potens Cypri,  
Sic fratres Helena, lucida sidera,  
Ventorumque regat Pater,  
Obstritis aliis, prater Impygat,  
Navis, que tibi creditum  
Debet. Virgilium, finibus Atticis  
Reddas incolunem precor,  
Et serveas anima dimidium mea.  
Illi robur, & as triplex  
Circa pectus erat, qui fragilem truci  
Commisit pelago ratem

## LIBER V.

Grato, Pyrrha, sub antro:  
Cui flavam religas comam;  
Simplex munditiis lben, quoties  
Mutatosque deos fibit, & aspera  
Nigris aquora venis  
Emirabitur insolens,  
Qui nunc te fruatur credulus aurea:  
Qui semper vacuan, semper amabilem,  
Sperat, nesciis aure  
Fallacis miseri, quibus  
Intentata nites: me tabula sacer  
Votiva paries indicat, pruida,  
Suspendi se poterit  
Vestimenta maris Deo.

## AD VISPANIVM AGRIPPAM.

O D E VI.

Bella ab eo gesta, a Vario cantatum iri: se  
convivis tantum, & amoribus de-  
scribendis aptum esse.

Scriberis Vario fortis, & hostium  
Victor, Maenii carminis altis,  
Quam rem cumque ferrox navibus, aut equis  
Miles, te, duce, gesserit.  
Nos, Agrippa, neque hec dicere, nec gravetta  
Pelida stomachum cedere nesciis,  
Nec cursus duplicitis per mare Ulyssei,  
Nec savam Pelopis domum  
Conantur, tenues grandia: dum pudor,  
Imbellisque lyre Musa potens, uerat  
Laudes egregii Cesaris, & tuas  
Culpam deterere ingens.

## CARMINVM

Artem tunica rectum adamantina  
Scripsit: aut pulvere Troico  
grum Merionen: aut ope Palladis  
Lydiden Superis parem?

Nos convivia, nos pralia virginum  
Sectis in juvenes unguibus acrum  
Cantamus vacui; sive quod urimur,  
Non prater solitum leves.

## AD MVNATIVM PLANCVM

Consularem.

ODE VII.

Alias aliis: sibi Tiburtinam regionem plas-  
cere. Cohortatio ad voluptates.

**L**audabunt alii claram Rhodo, aut Mitylenens;  
Aut Ephesum, bimarisve Corinthi  
Mania, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos  
Insignes, aut Thessala Tempe.

Sunt quibus unū opus est, intacte Palladis urbem  
Carmine perpetuo celebrare, &

Undique deceptam fronti preponere olivam.  
Plurimus, in Junonis honorem,

Aptum dicit equis Argos, ditesque Mycenas.  
Me nec tam patiens Lacedemon,

Nec tam Larissa percussit campus opima,  
Quam domus Albunea resonantis,

Et praecepit Anio, & Tiburni lucus, & uda  
Mobilibus pomaria riviis.

Albus ut obscuro detergit nubila Calo  
Sepe Nitus, neque parturit imbras

Perpetuos: sic tu sapiens finire memento

Tristitiam, vitaque labores

Molli, Plance, mero; seu te fulgentia signis  
Castra tenent, seu densa tenebit  
Tiburis umbra tui. Teucer Salamina patrem  
Cum fugeret, tam uda Lyeo  
Tempora populea fertur vixisse coronā,  
Sic tristes affatus amicos:  
Quo nos cumque feret melior fortuna parrente,  
Ibimus, o socii, comitesque;  
Nil desperandum Teucro duce, & auspice Teucro.  
Certus enim promisit Apollo,  
Ambiguam tellure novā Salamina futuram,  
O fortes, pejoraque passi  
Mecum saepe viri, nunc vino pellite curas:  
Cras ingens iterabimus aquor.

## AD LYDIAM.

ODE VIII.

Obscurè juvenem quandam, quem Sybarin  
vocat, ut amore perditum, & volu-  
ptatibus, colliquefactum notat.

**L**ydia dic, per omnes  
Te Deos oro, Sybarin cur properes amando  
Perdere: cur apricum  
Oderit campum, patiens pulveris, atque Solis?  
Cur neque militaris

Inter aquales equitet; Gallica nec lupatis  
Temperet ora frenis?

Cur timet flavum Tiberim tagere? cur olivum  
Sanguine viperino

Cautius vitat: neque jam livida gestat armis  
Brachia, sepe disco,

Sepe trans finem jaculo nobilis expedito?

Quid

ut marina  
dicunt Thetidis sub lacrymosa Troja  
era, ne virilis  
cultus in eadem, & Lycias prospiceret ceteras.

## AD TALIARCHVM.

### ODE IX.

Hyeme indulgendum voluptati.  
**V**ides ut alta sit nive candidum  
Sorante; nec iam sustineant onus  
Sylva laborantes; geluque  
Flumina consisterint acuto.

Dissolue frigus, ligna super foco  
Large reponens; atque benignius  
Deprome quadrimum Sabina,

O Thaliarche, merum diola.  
Permitte Divois cetera; qui simu  
Stravere ventos aquore fervido  
Depraliantes; nec cupressi,  
Nec veteres agitantur ornii.

Quid sit futurum eras, fuge quereres;  
Quem fors aierum cumque dabit, lucro  
Appone; nec dulces Camenae  
Sperne puer, neque tu choreas;

Donec virenti canities abest  
Moxosa; nunc & campus, & area  
Lenesque sub nocte susurris  
Composita repeatantur horae.  
Nunc & latentis proditor intimo  
Gratus puella risis ab angulo:  
Pignusque direptum lacertis;  
Aut digito male pertinaci.

## IN MERCVRIVM.

### ODE X.

**M**ercuri, facunde nepos Atlantis,  
Qui feros cultus hominum recentum  
Voce formasti calus, & decora  
More palestra:  
Te, canam magni Jovis, & Deorum  
Nuntium, curvaque lyra parentem,  
Callidum quoquid placuit jocoſo  
Candere furio.

Te, boves olim nisi reddidisses  
Per dolum amotas, puerum minaci  
Voce dum terret, videns pharetrā  
Risit Apollo.

Quin & Atridas, duce te, superbos  
Ilio dives Priamus relicto,  
Thessalosque ignes, & iniqua Troja  
Castræ fecellit.

Tu piis latis animas reponis  
Sedibus, virginaque levem coerces  
Aurem turbam, Superis Deorum  
Gratus, & imis.

## AD LEVCONOEN.

### ODE XI.

Indulgendum voluptati, omisiā fu  
turorum curā.

**T**U ne quassēris (scire nefas) quē milii, quē tibi  
Finem Dii dederint, Leuconoe; nec Babylonios  
Tentāis numeros, ut melius, quicquid erit, patit.  
Seu plures hyemes, seu tribuit Jupiter ultimam.

## CARMINVM

**Qua** nunc oppositis debilitat pomicibus mare  
Tyrrenum. Sapias; vina liques; & spatio brevi  
Spē longā recesses: dum loquimur, fugerit invida  
Etas carpe diem, quā minimum credula postero.

## AD AVGVSTVM.

O D E XII.

Diis, heroibus, virisque aliquot claris lauda-  
tis, postremo commendat  
Augustum.

**Q**uem virum, aut herōa, lyrā, vel acri  
Tibiā sumes celebrare Clio?  
**Q**uem Deum? cuius recinet jocosa  
Nomen imago,  
Aut in umbrosis Heliconis oris,  
Aut super Pindo, gelidove in Hæmo?  
Unde uccalem temere infecuta  
Orpheo silvae,  
Arte materna rapidos morantem  
Fluminum lapsus, celeresque ventos,  
Blandum, & auritas fidibus canoris  
Ducere querusc.

**Q**uid prius dicam soliti parentis  
Laudibus? qui res hominum, ac Deorum,  
Qui mare, & terras, variisque mundum  
Temperat horis?

Unde nil mājus generatur ipso,  
Nec viget quicquam simile, aut secundum:  
Proximos illi tamen occupavit

Pallas honores.

Praeliis audax neque te silebo,  
Liber, & savis inimica virgo.

Bel-

## EIBER I.

Belluis; nec te, metuēnde, certa.  
Phœbe, sagittā.  
Dicam, & Alciden, puerosque Leda,  
Hunc equis, illum superare pugnis  
Nobilem: quorum simul alba nautis  
Stella refūlit.

Desfluit saxis agitatus humor;  
Concidunt venti, fugiuntque nubes;  
Et minax (quod sic volvēre) ponte  
Unda recumbit.

Romulum post hos prius, an quietum  
Pompili regnum memorem, an superbos  
Tarquinī fasces, dubito, an Catonis  
Nobile lethum.

Regulum, & Scavros, animeque magna  
Prodigum Paulum, superante Pano,  
Gratus insigni referam Camœnā,

Fabriūcumque:  
Hunc, & incomptis Curium capillis  
Utilē bello tulit, & Camillum  
Seva paupertas, & avitus apta.

Cum Lare fundus.  
Crescit occulto, velut arbor, ergo  
Fama Marcelli: micat inter omnes  
Julium fidus velut inter ignes  
Luna minores.

Gentis humana pater, atque custos  
Orte Saturno, tibi cura magni  
Casaris fatis data: tu, secundo  
Casare, regnes.

Ille, seu Parthos Latio imminentes  
Egerit Justo demitos triumpho,

Sive

# CARMINVM

ejectas Orientis oris  
Seris, & Indos;  
Se minor Iatum reget aequus orbem:  
Tu gravi curru quaties Olympum,  
Tu parum castis inimica mites  
Fulmina lucis.

## AD LYDIAM.

### ODE XIII.

Dolet sibi Telephum anteponi.  
**C**um tu, Lydia, Telephi  
Cervicem roseam, cerea Telephi  
Laudas brachia tua, mecum  
Ecclives difficili bile tumet fecur:  
Tunc nec mens mihi, nec color  
Certâ sede manent: humor, & in genas  
Furtim labitur, arguens  
Quâdi lenis penitus macerer ignibus.  
Uter, se si tibi cendidos  
Tu pavuni hunceros immodice mero  
Rixa: sive puer furens  
Impresit memorem dente labris netam.  
Non, si me fatis audias,  
Spes perpetuum, dulcia barbarè  
Ladentem oscula, qua Venos  
Quinta parte sui nectaris imbuicit.  
Felices ter, & amplius,  
Quos irrupta tenet copula, nec malis  
Dirulsum querimoniis,  
Supremâ cictu solvet amor die.

## LIBER I.

### IN BRVTVM, BELLVM CIVILE

reparantem.

### ODE XIV.

**O**Nâvis, referent in mare te novi  
Flutus! è quid agis: foriter occupa  
Portum: nonne vides, ut  
Nudum remigio latus,  
Et malus celeri saucius Africo,  
Antennaque gemant, ac sine funibus  
Vix durare carina  
Posint imperiosius  
Æquor: non tibi sunt integra linte,  
Non Dê, quos iterum pressa voces malo,  
Quamvis Pontica pinus,  
Sylva filia nobilis,  
Factes, & genus, & nomen inutiles  
Nil piatis timidus navita pupibus  
Eridit: tu, nisi ventis  
Debes ludibrium, cave.  
Nuper sollicitum, que mihi tedium:  
Nunc desiderium, curisque non levis,  
Interfusa nitentes  
Vites aquora Cycladas.

### NEREI VATICINIVM DE

ruina Ttojæ.

### ODE XV.

**P**Astor cum traheret per freta navibus  
Idai Helenam perfidus hospitam,  
Ingrato celeres obruit otio  
Ventos, ut caneret fera  
Mercuri fata: Mala ducis avi domum;

# CARMINVM

Dixim multo repetet Gracia milite,  
 Conjurat tuas rumpere nuptias,  
 Et regnum Priami vetus.  
**Ehen**, quantus equis, quantus adeat viris.  
 Sudor! quanta mores funera Dardana  
 Gentil! Jam galeam Pallas, & Ægida,  
 Curruisque, & rabiem parat.  
 Nequicquam Veneris præsidio ferox,  
 Pecces casariem; grataque faminis  
 Imbelli cithara carmina dividit.  
 Nequicquam thalamo graves,  
 Hastas, & calami spicula Gnosii  
 Vitabis, strepitumque, & celerem sequi  
 Ajacem: tamen, heu! serus adulteros  
 Crines pulvere collines.  
 Non Laertiaden, exiūm tuae  
 Gentis, non Pyrium Nestora respicis?  
 Urgent impavidi te Salaminius  
 Tenuer, te Sthenelus sciens  
 Pugna, sive opus est imperitare equis  
 Non auriga piger. Merionen quoque  
 Nosces: ecce furit te reperire atrox  
 Tydides, melior patre;  
 Quem tu, cervus uti vallis in altera  
 Vixim parte lupum graminis immemor,  
 Sublimi fugies mollis anhelitus,  
 Non hoc pollicitus tuae.  
 Iracunda diem proferet Ilio,  
 Matronisque Phrygium, classis Achillei.  
 Post certas hyenes uret Achæus  
 Ignis Iliacas domos.

ODE

# LIBER I.

## PALINODIA.

### ODE XVI.

Veniam petit à puella, quam jambis leferat;

**O** Matre pulchra filia pulchrior,  
 Quem criminosis cumque voles modum  
 Ponet jambis, sive flammâ,  
 Sive mari libet Adriano.

Non Djindymene, non adytis quatit  
 Mentem sacerdotum incola Pythius,  
 Non liber æquè: non acuta  
 Sic gerinant Corybantes era,  
 Tristes ut ira: quas neque Noricus  
 Deterret ensis, nec mare naufragum;  
 Nec savus ignis, nec tremendo  
 Jupiter ipse ruens tumultu.

Fertur Prometheus addere principia  
 Limo coactus particulam unique  
 Desedam, & insani ionicis  
 Vim stomacho opposuisse nostro.

Ira Thyejem exicio gravi  
 Stravere: & altis urbibus ultima  
 Stetere causa: cur perirent  
 Fundisus, imprimeretque muris  
 Hostile aratrum exercitus insolens.  
 Compescere mentem: nec quoque pectoris  
 Tentavit in dulci juventâ  
 Fervor, & in celeres jambos

Misit furenssem. Nunc ego mitibus

B

Mej

# CARMINVM

*autem quero tristia, dum mihi  
rias recantatis amica  
Opprobiis, animumque reddas.*

## AD TYNDARIDEM.

### ODE XVII.

*Invitat eam in Lucretiēm.*

**V**Ex amēnum sepe Lucretiēm  
Mutat Lycō Faunus, & igneām  
Defendit astām capellis  
Uisque meis, pluviosque ventos.  
Impunē tutum per nemus arbūtos  
Querunt latestes, & thyma devīe  
Olentis uxores marīti,  
Nec virides metuant colubros;  
Nec Martiales hōdilei lupos;  
Vicunque dulci, Tyndari, fistula  
Valles, & Uſice cubantis  
Lavia personuēre saxa,  
Dii metuentur: Dii pietas mea,  
Et Musa cordi est: hinc tibi copia  
Manabj. ad plenum benigno  
Ruris honorum opulentia cornu.  
Hic in reducta iualle canicula  
Vitabis asins; & fide Teis.  
Dices laborantes in uno  
Penelopen, vitreamque Circen.  
Hic innocens pocula Lesbii  
Duces sib. umbra; nec Semeleus.

Cum

# LIBER I.

*Cum Marte confundet Thyneus.  
Pralia; nec metues protervum.  
Suspcta Cyrum, ne male dispari  
Incontinentes injiciat manus,  
Et scindat harentem coronam  
Crinibus, immeritamque vestem.*

## AD QVINCTILIVM VARVM.

### ODE XVIII.

*Vini potu moderato hilarari animum: immo-  
derato rixas excitari.*

**N**Ullam, Vare, sacrā vite prius severis arborem  
Circa mite solum Tiburis, & mania Catili:  
Siccis omnia nam dura Deus proposuit: neque  
Mordaces aliter disfigunt sollicitudines.  
Quis post vina gravem militiam, aut pauper-  
riem crepar?  
Qui non te potius, Bacche pater, teque, de-  
cens Venus?

*At, ne quis modici transfiliat munera Liberi:  
Centaura monet cum Lapithis rixa super mero  
Debellata; monet Sithoniis non levis Eujus:*

*Cum fas atque nefas exiguo fine libidinum  
Discernunt avidi, non ego te candide Bassarem  
Invitum quatiam: nec variis obsita frondibus  
Sub dicuum rapiam, savatene cum Berecyntio  
Cornu tympana, qua subsequitur cæcus amor sui,  
Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem,  
Arcanique fides prodiga, perlucidior vitro.*

# CARMENVM

## DE GLYCERA.

### O D E XIX.

Sc illius amore uit.

**M**ater seva cupidinum,  
Thebaque juber me Semeles puer,  
Et lasciva licentia  
Finitis animum reddere amoribus.  
**U**rit me Glycer a nitor  
et Splendentis Paro marmore purius:  
**U**rit grata protervitas,  
Et vultus nimis lubricus aspici.  
**I**n me tota ruens Venus  
Cyprum deseruit: nec patitur Scythes,  
Et versis animosum equis  
Parthum dicere: nec que nihil attinet.  
Hic virum mili cespitem, hic  
Verbenas pueri ponite, thuraque  
Bimbi cum patera meri.  
Mactata veniet tenior hostia.

## AD MECOENATEM.

### O D E XX.

Invitat eum ad convivium minime  
sumptuosum.

**V**ille potabis modicis Sabinum,  
Cantharis, Grac à quod ego ipse testa  
Conditum loci, datus in theatro

Clm

## LIBERTY

Cum tibi plausus,  
Care Mecenas Eques; ut patern  
Fluminis ripe, simul & jocosa  
Redderet landes tibi Vaticani  
Montis imago.  
Cœcum, & prelo d'mitam Caleno  
Tu bides uoram: mea nec Falerna  
Temperant vites, neque Formian  
Pocula colles.

## IN DIANAM, ET APOLLINEM.

### O D E XXI.

Sæculare Carmen:

**D**ianam tenera dicite virginis;  
Intonsum, pueri, dicite Cynthium;  
Latonamque supremo  
Dilectam penitus Jocu.  
Vos latam fluvii, & nemorum comà,  
Quæcumque aut gelido prominet Algide,  
Nigris aut Erymanthi  
Sylvis, aut viridis Cragj;  
Vos Tempe totidem tollite laudibus,  
Natalemque, mares, Delon Apollinis;  
Insignemque phætrrà,  
Fraternaque humerum lyrâ.  
Hic bellum lacrymosum, hic miseram famem;  
Pestemque à populo, & Principe Cesare in  
Persas, atque Britannos  
Vestrâ motus aget prece.

GA

B 3

AD

Vitæ integratatem , & innocentiam ubique  
esse tutam.

**I**nteger vita, scelerisque purus,  
Non eget Māuri jaculis, nec aren:  
Nec venenatis gravida sagittis,  
Fusce, pharetra.

Sive per Syrtes iter aquosas,  
Sive facturus per inhospitalem  
Caucasum, vel qua loca fabulosas  
Lambit Hydaspes.

Namque me sylva lupus in Sabinâ,  
Dum meam canto Lalagen , & ultra  
Terminum, curis vigor expeditus,  
Fugit inermem.

Quale portentum neque militaris  
Daunia in latis alit esculptis,  
Nec Juba tellus generat, leonum  
Arida nutrit.

Pone me , pigris ubi nulla campis  
Arbor estiuâ recreatur aurâ,  
Quod latus mundi nebula , malusque  
Jupiter urget:  
Pone sub curru nimium propinqui  
Solis in terra domibus negata;  
Dulce ridentem Lalagen amabo,  
Dulce loquentem.

Non esse jam , quòd viriles complexus  
extimescat , viro matura.

**V**itas hinnuleo me similis , Chlöe,  
Quæreni pavidam montibus avii  
Matrem non sine vano  
Auraram , & silva metu.  
Nam seu mobilibus veris inhorruit  
Aduentum foliis , seu virides rubunt  
Dimovere lacertas  
Et corde , & genibus tremit.

Atqui non ego te , tigris ut asperas  
Getuliusve leo frangere persequor,  
Tandem desine matrem,  
Tempestiva sequi viro.

Deflet Quintili⁹ Var. mortem.

**Q**uis desiderio sit pulor , aut modus  
Tam cari capit⁹ : præcipe lugubres  
Cantus Melponente , cui liquilam patet  
Vocem cum cithara dedit.  
Ergo Quintilium perperus sopor

# CARMENVM

*et cui Pudor, & Justitia soror  
ac corrupta. Fides, nudaque Veritas,  
Quando ullum invenient parem?  
Multis ille bonis flebilis. occidit;  
Nulli flebilior, quam tibi, Virgili:  
Tu frustarē pius, heu! non ita creditū  
Poscis Quintilium Deos.  
Quid si Threicio blandiis Orpheo  
Auditam moderere arboribus fidem?  
Num vana redeat sanguinis imaginis,  
Quam virgā semel horrida  
Non lenis precibus fata recludere  
Nigro compulerit Mercurius gregis  
Durum; sed levius sit patientia  
Quicquid corrigere est nefas.*

## A D L Y D I A M. O D E XXV.

*Infultat ei, quod jam vetula, vicissim  
à juvenibus contemnatur.*

*P*arcus junctas quatiant fenebras  
Itibus crebris juvenes protervit:  
Nec tibi somnos adimunt, amatque  
Janua limen:  
Que prius multum faciles movebat  
Cardines: audi minis, & minis jams:  
Me tuo longas pereunte noctes,  
Lydia dormis:  
Inovicem Machos anus arrogantes  
Flebis in solo leuis angiportu,  
Thracio bacchante magis sub inter-  
lunia vento,

# LIBERTATI

*Cum tibi flagrans amor, & libido,  
Qua solet matres furiare equorum,  
Saviet circa jecur ulcrosum,  
Non sine questu;  
Lata quo i pubes hedera virenti:  
Gaudeat, pulla magis atque myrtos:  
Aridas frondes hyemis sodalit  
Dedit Hebro.*

## D E A E L I O L A M I A. O D E XXVI.

*Se soluto animo velle Lamiam laudare:  
M*Uss amicus, tristitiam, & metus  
Tradam protervis in mare Creticum  
Portare ventis; quis sub Arcto  
Rex gelida metuatur ora,  
Quid Tiridatem terreat unice,  
Securus. O, qua fontibus integris  
Gaudes, apricos nette flores,  
Nete meo Lamia coronam;

*Pimplae dulcis. Nil sine te mei  
Prosunt honores. Hunc fulibus novis,  
Hunc Lesbio sacra e plectro,  
Teque, tuasque decet sorores.*

## A D S O D A L E S. O D E XXVII.

*Ad sodales inter pocula rixantes, & poculis ipsi-  
sis pugnantes, invitatus ut bibat, id se ea le-  
ge facturum, si frater Megillæ nomen ami-  
ca sua proferat, vel sibi in autrem dicat.*

*N*atis in usum letitia scyphis  
Pugnare, Thracum est: tollite barbarum  
B 5 Mo-

# CARMINVM

*orem, verecundumque Bacchum  
sanguineis prohibete rixis.*

*Vino, & lucernis Medus acinaces  
Immane quantum discrepat. Impium  
Lenite clamorem, sodales,  
Et cubito remanete presso.*

*Vultis severi me quoque sumere  
Partem Falerni ? dicat Opuntia  
Frater Megille, qui beatus  
Vulnere, quā pereat sagittā.*

*Cessat voluntas ? non alia bibam  
Mercede. Qua te cumque domat Venus,  
Non erubescendis adurit  
Ignibus, ingenuoque semper*

*Amore peccas, quicquid habes, ages.  
Depone tutis auribus. Ab miser,  
Quantiā laboras in Charybdi !  
Digne puer meliore stammā.*

*Quae saga, quis te solvere Thessalis  
Magus venenis, quis porterit deus ?  
Vix illigatum te triformi  
Pegasus expeditet Chimara.*

## IN ARCHYTAM.

### O D E XXVIII.

-Inducitur Archytas nautæ cuidani respondens;  
omnibus esse moriendum, oratque ne se in-  
sepultum jacere patiatur: sed corpori suo  
terram, aut arenam injiciat.

**T**E maris, & terra, numeroq; carentis arena  
Menorem colibent, Archytas,

Pulz

# LIBER I.

35

*Pulveris exigui prope littus parva Matinum  
Munera! nec quicquam tibi praede*b*  
Aerias tentasse domos, animoque rotundum  
Percurrisse polum morituro !  
Occidit & Pelopis genitor, convivis Deorum,  
Tithonusque remotus in auras,  
Et Jovis arcanis Minos admissus; habentque  
Tartara Panthoiden iterum Orco  
Demissum; quamvis clypeo Trojana resixa  
Tempora testatus, nihil ultra  
Nervos, atque cutem morti conesserat atr*a*  
Judice te, non sordidus auctor  
Natura, verique. Sed omnes una manet nox;  
Et cyclanda semel via lethi.*

*Dant alios Furia torvo spectacula Martis:  
Exitio est avidis mare nautis:  
Misera seni, ac juvenum densantur funera: null*c*  
Seva caput Proserpina fugit.  
Me quoque devexi rapidus comes Orionis  
Illyricis Notus obruit undis.  
At tu, nauta, vage ne parce malignus arena  
Osisibus, & capiti inhumato  
Particula dare. Sic, quodcumq; minabitur Eurus.  
Fluctibus Hesperijs, Venusina  
Plectantur silue, te hospite: multaque merces,  
Unde potest, tibi deficiat equo  
Ab Iove, Neptunoque sacrificiode Tarenti.  
Negligis immitis noctiteram  
Postmodo te natis fraudem committere ? forsitan  
Debita jura, vicesque superbes  
Te maneant ipsum; precibus non linquar inoltis;  
Ecque piagula nulla resolvent;*

B. 6

Quatuor

# CARMINVM

*quam festinas, non est mora longa; licet  
Infectus ter pulvere curras.*

## A D I C C I V M.

### O D E X X I X.

*Micrum quiddam, & monstri simile esse ait, etum  
a Philosophiae studio ad militiam transisse.*

**I**lli, beatis nunc Arabum invides.

*Gazis, & acrem militiam paras!*

*Non ante devictis Sabae*

*Regibus, horribilique Medo*

*Nectis catenas! Quæ tibi virginum,*

*Sponso necato, barba a serviet?*

*Puer quis ex aula capillis*

*Ad cynam statuetur unitis,*

*Doctus sagittas tendere Sericas*

*Arco paterno? Quis neget arduis*

*Pronos relabi poje rivos*

*Montibus, & Tiberim reverti;*

*Cum u coemptos undique nobiles*

*Libros Paneti, Socraticam & domum,*

*Mutare loricis Iberis,*

*Pollicitus meliora, tendis?*

## A D V E N E R E M.

### O D E X X .

*Vt in eges Glyceræ veniat.*

**O** Venus, Regina Cnidi, Paphique,  
Sperne dilectam Cypron, & vocantis

*Thru*

# LIBER I.

37

*Thure te multo Glyceræ decoram*

*Transfer in adem.*

*Fervidus tecum puer, & solutis*

*Gratia zonis, properentque Nymphae,*

*Et parum comis sine te Juventas,*

*Mercuriusque.*

### O D E X X I .

*Se non opulentiam, sed tranquillam, hilaremq;  
vitam ab Apolline poscere.*

**Q**uid dedicatum poscit Apollinem

*Vates? quid orat, de patera novum*

*Fundens liquorem? non opimas*

*Sardinia segetes feracis:*

*Non est uox grata Calabria*

*Armenta; non aurum, aut ebur Indicum;*

*Non rura, que Liris quieta*

*Mordet aqua, taciturnus amnis.*

*Premant Calena falce, quibus dedit-*

*Fortuna vicem: dives, & aureis*

*Mercator exsiccet culullis*

*Vina Syra reparata merce,*

*Diis carus ipsi; quippe ter, & quater*

*Anno revisens equeor Atlanticum*

*Impune! Me pascunt oliva,*

*Me cicchorea, levesque malva.*

*Eru paratis, & valido mihi*

*Latoë dones, & precor, integra*

*Cum mente; nec turpem senectam*

*Degere, nec cithara carentem.*

ODE

## CARMINVM

## ODE XXXII.

Barbiton, sive testudinem suam commendat,

Poscimus, si quid vacui sub umbra

Lusimus tecum, quod & hunc in annum

Vivat, & plures; age, dic Latinum,

Barbyte, carmen,

Lesbio primum modulate civi;

Qui ferox bello, tamen inter arma,

Sive jactatam religarat udo

Littore navim,

Liberum, & Musas, Veneremque, & illi

Semper harentem puerum, canebat,

Et Lycum nigris oculis, nigroque

Crine decorum.

O decus Phabi, & dapibus supremi

Grata testudo Jovis, & laborum

Dulce lenimen, mihi cumque salve

Rite vocanti.

## AD ALBIVM TIBVLLVM.

## ODE XXXIII.

Ne doleat sibi rivalem juniores à Glycerā  
anteponi.

Albi, ne dolcas plus nimis, memor

Immitis Glycerā, neu miserabiles

Decantes elegos, cur tibi junior

## LIBER

Lata premitat fide.

Insignem tenet fronte Lycoris

Cyri torret amor: Cyrus in asperam

Declinat Pholoe. Sed prius Appulis

Jungentur capre lupis,

Quam turpi Pholoe peccet adultero.

Sic visum Veneris cui placet impares

Formas, atque animos sub juga aenea

Savo mittere cum foco.

Ipsum me melior cum peteret Venus,

Grata detinuit compete Myrtale

Liberina, fretis acrior Adria

Curvantis Calabros sinus.

## ODE XXXIV.

Poenitere se, quod dum Epicuream disciplinam  
sestaretur, parum studiosè Deos coluerit.

Pars Deorum cultor, & infrequens,

Insanientis dum sapientia

Consultus erro, nunc retrorsum

Vela dare, atque iterare cursus

Cogor relictos. Namque Diespiter,

Igni coruscō nubila dividens,

Plerumque per purum tonantes

Egit equos, volucremque currunt,

Quo bruta tellus, & vagi fluma,

Quo Styx, & invisi horrida Tenari

Sedes, Atlanteusque finis

Concutitur. Valet ima summis

Mutare, & insignem attenuat Deus,

Ob-

## CARMINVM

Obscura promens : hinc apicem rapax  
Fortuna cum fridore acuto  
Sustulit ; hic posuisse gaudet.

## O D E XXXV.

Ad fortunam: quam orat ut servet Cæsarem in  
Britannos ire meditantem.

**O** Diva , gratum que regis Antium,  
Praefens vel imo tollere de grado  
Mortale corpus , vel superbos  
Veriere funeribus triumphos:  
Te pauper ambit sollicita prece  
Ruris colonus ; te dominam aquoris,  
Quicunque Bithynia lacescit  
Carpathium pelagus carinaz;  
Te Dacus asper , te profugi Scythea,  
Urbesque , gen:esque , & Latium ferox,  
Regumque matres barbarorum , &  
Purpurei metuant Tyrannis;  
Injurioso ne pede prouas  
Stan:em columnam , neu populus frequens  
Ad a ma ceßantes , ad arma  
Concitet , Imperiumque frangat:  
Te semper anteit sava necessitas,  
Clavos trabales , & cuneos manus  
Gestans ahenaz ; nec severus  
Uncus abest , liquidumque plumbum.  
Te spes , & albo rara Fides colit  
Velata panno , nec comitem abnegat,  
Ucumque mutata potentes  
Veste domos inimica linquis.

## L I B E R I

At vulgus infidum , & meretrice retro  
Perjura cedit : diffugiant cadis  
Cum feci siccatis amici ,

Ferre jugum pariter dolosi.

Serves iturum Casarem in ultimos  
Orbis Britannos , & juvenum recens  
Examen Eois timendum

Partibus , Oceanoque rubro.

Ehen ! cicatricum , & sceleris pudet,  
Fratrumque . Quid nos , dura refugimus  
Ætas ? qui: intactum nefasti

Liquimus ? unde manus juvenus

Metu Deorum continuit ? quibus

Pepercit aris ? O utinam novâ

Incide diffingas retusum in

Massagetas , Arabesque ferrum .

## IN HONOREM POMPONI

Numidæ.

## O D E XXXVI.

Ob Numidæ redditum gaudio exultat;

**E**T thare , & fidibus juvat  
Placare , & vituli sanguine debito,  
Custodes Numida Deos;

Qui nunc Hesperia sospes ab ultima  
Caris multa sodalibus,

Nulli plura tamen dividit oscula,

Quam dulci Lamia , memor

Acta non alio rege pueris,

Mutataque simul togæ.

## CARMINVM

ressâne careat pulchra dies nota:  
 Neu prompta modus amphora;  
 Neu morem in Salium sit requies pedum:  
 Neu multi Damalis meri  
     Bassum Threicâ vincat amyctide:  
 Neu desint epulis rosa,  
     Neu vivax apium, neu breve lilyum.  
 Omnes in Damalim putres  
     Deponent oculis: nec Damalis nova  
 Divelletur adultero,  
     Lascivis hederis ambitionis.

## A D S O D A L E S.

### O D E XXXVII.

Ob victoriam Actiacam, genio indulgen-  
dum esse.

**N**unc est bibendum: nunc pede libero  
     Pulsanda teilius: nunc Saliaribus  
     Ornare puvinar Deorum  
     Tempus erat dapius, sodales  
     Antbac nefas de promere Cæcum  
     Cellis avitis, dum Capitolo  
     Regina dementes ruinas,  
     Funus, & Imperio parabat  
     Contaminato cum grege turpium  
     Morbo virorum, quidlibet impotens  
     Sperare, fortunâque dulci  
     Ebria. Sed minuit furorem  
     Vix una sospes navis ab ignibas:  
     Mentemque lymphatam Mærotico

Re-

## LIBER I.

Redegit in veros timores  
     Cæsar, ab Italia volantem  
 Remis adurgens, accipiter velut  
     Molles columbas, aut leporum citus  
     Venator in campis nivalis  
     Æmonia; daret ut catenis  
 Fatale monstrum. Qua generosius  
 Perire querens, nec muliebriter  
     Expavit, ensim, nec latentes  
     Classe citâ reparavit oras.  
 Ausa & jacentem visere Regiam.  
 Vultu sereno fortis, & asperas  
     Tractare serpentes, ut atrum  
     Corpore combiberet venenum,  
 Deliberata morte ferocior:  
 Savis Liburnis scilicet invidens  
     Privata deduci superbo  
     Non humiliis mulier triumpho.

## A D P V E R V M.

### O D E XXXVIII.

Se tenui apparatu gaudere.

**P**erfidos odi, puer, apparatus;  
     Displicent nexe philyrà coronæ  
     Mitte festari, rosa quo locorum  
     Sera moretur.  
     Simplici myrto nihil allabores  
     Sedulus euroz neque te ministrum  
     Dedecet myrtus, neque me sub arcta  
     Vite bibengem.

Q.

# Q. HORATII FLACCI

## CARMINUM

### LIBER II.

AD C. ASINIVM POLLIONEM.

#### ODE PRIMA.

Commendat scripta illius, quibus bella civilia complectebatur.

Motum ex Metello Consule ciocium,  
Bellique causas, & vitia, & modos,

Ludumque Fortuna, gravesque  
Principum amicitias, & arma

Nondum expiatis unda cruxibus,  
Periculosa plenum opus alea

Tristis, & incedis per ignes.  
Suppositos cineri dolos.

Paulum severa Musa tragedie  
Desit theatris: mox, uti publicas

Res ordinatis, grande munus  
Cecropio repetes cothurno,

Insigne mæsis præsidium reis,  
Et consulenti, Pollio, Curiaz,

Cui laurus aternos hanores  
Dalmatico peperit triumpho.

Jam nunc minaci murmure cornuum  
Persiringis aures: jam litui strepunt;

Jam fulgor armorum fugaces.

### LIBER II.

Terret equos, equitumque virtus.

Audire magnos jam video Duces,

Non indecoro pulvere sordidos,

Et cuncta terrarum subacta,

Præter atrocem animum Catonis,

Juro, & Deorum quisquis amicior

Afris inulta cesserat impotens

Tellare, victorum nepotes

Rettulit inferias Jugurtha.

Quis von Latino sanguine pinguior

Campus sepulchrus impia prælia

Testatur, auditumque Medis

Hesperie sonitum ruinae?

Quis gurges, aut qua flumina lugubris

Igura bellii: quod mare Daunia

Non decoloravere cades?

Qua caret ora crux nostro?

Sed ne, relictis, Musa procaax, jocis,

Cæz retrahes munera nania:

Mecum Dioniso sub antro

Quæc modos leviore plectro.

#### AD C. SALLVSTIVM CRISPVM.

#### ODE II.

Primò Proculejum laudat ob liberalitatem in  
fratres: deinde ostendit, eum qui suis cupiditi  
ates reprimere, pecuniamq; contemnere pos-  
sit, solum regem, solum beatum esse.

N<sup>on</sup> ullus argento color est, avaris

Abdita terris inimice lamna,

Cris-

## CARMINVM

Crispī Sallusti nī temperato  
 Splendeat usū.  
 Vivet extento Proculejus avo,  
 Notus in fratres animi paternis:  
 Illum agat penna metuente solvi  
     Fama superstes,  
 Latiū regnes avidum domando  
 Spiritum, quām si Lybiam remotis  
 Gadibus jungas, & uterque Panus  
     Serviat uni.  
 Crescit indulgens sibi dirus hydrops:  
 Nec sitim pellit, nisi causa morbi  
 Fugerit venis, & aquosus albo  
     Corpore languor.  
 Reddūtum Cyri folio Phraesten  
 Disidens plebi, numero beatorum  
 Eximit virtus, populumque falsis  
     Dedocet uti  
 Vocibus, Regnum, & diadema tutum  
 Deferens uni, propriamque laurum,  
 Quisquis ingentes oculo irretorto  
     Spectat acervos.

## AD DELIVM.

### O D E III.

Neque dimittendum advercis, neque efferendum  
 secundis rebus aninum: sed hilariter viven-  
 dum, cū aqua sit omnibus moriendi con-  
 ditio.

**A** Et quam memento rebus in arduis  
 Servare mentem; non secus in bonis

Ab

## LIBER II.

Ab insolenti temperatam  
     Letitia, moriture Dellis,  
 Seu maxius omni tempore vixeris;  
 Seu te in remoto gramine per dies  
     Fefos reclinatum bearis  
         Interviore notā Falerni;  
 Quā pinus ingens, albaque populus,  
 Umbram hospitalem consociare amant  
     Ramis, & obliquo laborat  
         Lympha fugax trepidare rivo.  
 Huc vina, & unguenta, & nimium breves  
 Flores amone ferre jube rose;  
     Dum res, & etas, & sororum.  
         Fila trium patientur atra.  
 Cedes coēptis saltibus, & domo,  
 Villaque, flavus quam Tiberis lavit,  
     Cedes; & exstructis in altum  
         Divitiis potietur hares.  
 Divitiae prius natus ab Inacho  
 Nil interest, an pauper, & infima  
     De gente sub dio moreris,  
         Victima nil miserantis Orci.  
 Omnes eodem cogimur; omnium  
 Versatur urna, serius, oxyüs  
     Sors exitura, & nos in aeternum  
         Exilium impositura cymba.

## AD XANTHIAM PHOCEVM.

### O D E IV.

Quod ancillam amet, non esse, cur eum pudeat:  
     multum enim magnis viris idem usu venisse.  
**N** E sit ancilla tibi amor pudori  
     Xanthia Phocca, prius insolentem

Ser.

## CARMINVM

Serua Brisis niveo colore  
Mocit Achillem.

Movit Ajac:m Telamone natum  
Forma captiva dominum Tecmessa:  
Arsit Atrid:s medio in triumpho  
    Virgine raptा.

Barbare postquam cecidere turma  
Theffalo viatores & adempius Hector  
Tradidit fessis leviora tolli  
    Pergama Grajis.

Nescias, an te generum beati  
Phyllidis flava decoret parentes.  
Regium certe genus, & penates  
    Maret iniquos.

Crede non illam tibi de scelestā  
Plebe delectam: neque sic fidelem,  
Sic lucro aversam, potuisse nasci  
    Matre pudendā.

Brachia, & vultum, teretesque surus  
Integer laudo. Fuge suspicari,  
Cuius ostavum trepidavit etas  
    Claudere lustrum.

## ODE V.

Revocandam esse mentem à cupiditate virginis  
immaturæ.

**N**ondum subacta ferre jugum valeat  
Cervice: nondum munia comparis  
Æquare: nec tauri ruentis  
In Venerem tolerare pondus.  
    Circa virentes est anima sua

## L I B E R II.

Campos iuvente, nunc fluviis gravem  
Solantis estum, nunc in udo  
Ludere cum vitalis salicto.  
    Præfestientis. Tolle cupidivore  
Immitis uva: iam tibi lividos  
Distingue. Autumnus racemos  
Purpureo varius colore.

Jam te sequetur: currit enim feroci  
Ætas: & illi, quos tibi deraperis,

Apponet annos. Jam proterrā  
Fronte petet Lalage maritum,

Dilecta, quantum non Pholoë fugax  
Non Chloris: albo sic humero nitens,

Ut para nocturno renidet  
Luna mari: Gnidiusve Gyges:

Quem si puellarum infereres chore,

Mir sagaces falleret hospites  
Discrimen obscurum, scutis

Crinibus, ambiguoque vultu.

## AD SEPTIMI VM

### ODE VI.

Tiburtinæ, & Tarentinæ regionis amoenitatem  
laudat.

**S**eptimi Gadès aditare mecum, &  
Cantabrum indectum juga ferre nostra, &  
Barbaras Syrtes, ubi Maura semper  
Æstuat undas,  
Tibur Argeo positum colono  
Sit mea seles utinam senecte;

## CARMINUM

Sit modus lasso maris, & viarum,  
Militiaeque.  
Unde si Parca prohibent inique,  
Dulce pellitis oribus Galei  
Flumen, & regnata petam Laconi  
Rura Phalantho.  
Ille terrarum mihi præter omnes  
Angulus ridet, ubi non Hymetto  
Mella decedunt, viridique certat  
Bacca Venespo.  
Ver ubi longum, tepidasque præbet  
Jupiter beumas: & amicus Aulon  
Fertili Baccho, minimum Falernis  
Invidet uvis.  
Ille te mecum locus, & beate  
Postulant arces: ibi tu calentem  
Debita sparges lachrymâ favillam  
Vatis amici.

## AD POMPEJVM VARVM.

### ODE VII.

Cui reditum gratulatur.

O Sepè mecum tempus in ultimum  
Deduče, Bruto militiæ duce,  
Quis te redonavit Quiritem  
Dis patriis, Italoque cælo,  
Pompei, meorum prime sodalium?  
Cum quo morantem sepe diem mero  
Fregi coronatus nitentes  
Malobathro Syro capillos;

## LIBER II.

Tecum Philippos, & celerem fugam  
Sensi, relicta non bene parmula:  
Cum fracta virtus, & minaces  
Turpe solum terigere mento.  
Sed me per hostes Mercurius celer,  
Denso pavente susulit aëre:  
Te rursus in bellum resorbens.  
Unda fretis tulit astus.

Ergo obligatam reddet Jovi dapem.  
Longaque fessum militiæ latu:  
Depone sub lauro mea: nec  
Parce cadis tibi destinatis.  
Oblivioso levia Massico  
Ciboria exples: funde capacibus  
Unguenta de conchis. Quis udo  
Deproperare apio coronas,  
Curavite myrtos: quem Venus arbitrum  
Dicet bibendis: non ego sanius  
Bacchabor Edonis. Recepto  
Dulce mihi surere est amico.

## IN BARINEM.

### ODE VIII.

Non esse, cur ei juranti credatur: Formosarum  
enim perjuria à dīs non vindicari.

Ulla si juris tibi pejer ati  
Pœna, Barine, nocuissest unquam:  
Dente si nigro fieres, vel uno.  
Turpior unguis,  
Crederem. Sed tu, simul obligasti

## CARMINUM

*Perfumum ratis caput, eniteſcis  
Pulchrior multo, juvenumque prodis  
Publica cura.*

*Expedit matris cineres apertos*

*Fallere, & toto tacitura noctis*

*Signa cum celo, gelidaque divos*

*Morte carentes.*

*Ridet hoc, inquam, Venus ipsa: ridet*

*Simplices Nymphe. Feras & Cupido,*

*Semper ardentis acuens sagittas*

*Cote cruenta*

*Addes, quod pubes tibi crescit omnis:*

*Servitus crescit nova: nec priores*

*Impie tellum domine relinquunt,*

*Sepè minati.*

*Te suis matres metuunt juvencis:*

*Te senes parci: miseraque nuper*

*Virgines nuptæ; tua ne retardes*

*Aura maritos.*

## AD VALGIVM.

### ODE IX.

*Vt mortuum puerum aliquando fieri definat,*

*N On semper imbres nubibus hispidos*

*Manant in agros, aut mare Caspium*

*Vexant inaequales procellæ*

*Usque: nec Armeniis in oris,*

*Amicè Valgi, stat glacies iners*

*Menses per omnes, aut Aquilonibus*

*Querceta Gargani laborant,*

*Et foliis videntur ornari;*

## LIBER II.

*Tu semper urges flebilis modis  
Mysten ademptum: nec tibi respeso  
Surgente, decadunt amores,  
Nec rapidum fugiente solem.*

*At non ter aro fandus amabilem*

*Ploravit omnes Antilochus senex*

*Annos: nec impubem parentes*

*Troilon, aut Phrygia sorores*

*Flevit semper. Define Mollium*

*Tandem querelatum: & potius novæ*

*Cantemus Augusti tropæa*

*Casaris, & rigidum Niphaten,*

*Mediumque flumen gentibus additum*

*Vicilis, minores volvere vortices:*

*Intraque prescriptum Gelonus*

*Exiguis equitare campis.*

## AD LICINIVM.

### ODE X.

*Retinendam esse mediocritatem, & animi in  
utraq; fortuna æquabilitatem.*

*R Eclips vives, Licini, neque altum*

*Semper urgendo: neque, dum procellæ*

*Cantus horrescunt, nimium premendo*

*Littus iniquum.*

*Auream quisquis mediocritatem*

*Diligit, tunc caret obsoleti*

*Sordibus tecli, caret invidenda*

*Sobrius aula.*

*Sapius ventis agitatur ingens*

# CARMINVM

Pinus, & celsa graviore casu  
 Decidunt turre, feriuntque summos  
 Fulmina montes.  
 Sperat infestis metuit secundis  
 Alteram fortē bene p̄paratum  
 Peclis. Informes hyemes reducit  
 Jupiter; idem  
 Summoveret. Non, si male nunc, & olim  
 Sic erit. Quondam cithara tacentem  
 Suscitat Musam, neque semper arcum  
 Tendit Apollo.  
 Rebus angustis animosus, atque  
 Fortis appare. Sapienter idem  
 Contrahes vento nimium secunda  
 Turgida vela.

# AD QC HIRPINVM.

## O D E XI.

Omissis curis, jucundē vivendum esse.

**Q**uid bellicosus Cantaber & Scythes,  
 Hirpine Quinti, cogitet, Adriā  
 Divisus objecto, remittas  
 Querere: nec trepidas in usum  
 Postentis avi paucā. Fugit retro  
 Levis juvenus, & decor, aridā  
 Pelleste lascivios amores  
 Canitie, facilemque somnum.  
 Non semper idem floribus est bonos  
 Vernis: neque uno Luna rubens nitet  
 Vultu. Quid aternis minorem?

Con-

# L I B E R . II.

Consiliis animum fatigari?  
 Cur non sub altâ vel platano, vel hac  
 Pinu jacentes sic temere, & rosâ  
 Canos odorati capillos,  
 Dum licet, Asyrtique nardo,  
 Potamus uncti dissipat Euius.  
 Curas edaces. Quis puer ocūs  
 Restinguet ardenti Falernō.  
 Pocula prætereunte lymphâ?  
 Quis devium scortum elicit domo  
 Lyden? eburnâ, dic, age, cum lyra  
 Maturet incomptum Lacena  
 More comam religata nodum.

# AD MAECENATEM.

## O D E XII.

Res graves & tragicas lyricis versibus non con-  
 venire. Soluta autem oratione, res Augusti  
 Maecenatem ipsum perscripturum. Se nihil  
 posse, præter Lycymniae formam, canere.

**N**olis longa fere bella Numantie,  
 Nec dirum Annibalem, nec Siculum matus.  
 Rœno purpureum sanguine, mollibus  
 Aptari cithara modis:  
 Nec savos Lapithas, & nimium mero  
 Hyleum, domitosque Herculea manu  
 Telluris juvenes, unde periculum  
 Fulgens contremuit domus  
 Saturni veteris: tuque pedestribus.  
 Dices historiis prælia Cesaris?

C 4

Mai

# CARMINUM

*Mecenas, melius, ductaque per rias  
Regum colla minantium.*

*Me dulces domine Musa Lycini.  
Cantus, me voluit dicere lucidum  
Fulgentes oculos, & benè mutuis  
Fidum pectus amoribus.*

*Quam nec ferre podem dedecvit choris  
Nec certare joco, nec dare brachia  
Ludentem nitidis virginibus, sacro  
Diana celebris die.*

*Num tu, qua tenuit dives Achemenes,  
Aut pinguis Phrygia Mygdonias opes,  
Permutare velis crino Lycinas?  
Plenas aut Arabum demiss?*

*Dum fragrantia deterquero ad oscula  
Cervicem, aut facili servitia negat:  
Qua poscente magis gaudeat oripis  
Interdum rapere occupet.*

## IN ARBOREM, CVJVS CASV I<sup>II</sup> AGRO SABINO PENE OPPRESSVS EST.

### O DE XIII.

*Nunquam homini satis exploratum esse, quid  
vitari debeat. Sapphonis & Alcæi laudes.*

*I*lle & nefasto te posuit die,  
Quicumq; primum, & sacrilega manu  
Produxit arbos, in nepotum  
Perniciem, opprobriumque pagi.  
Illum & parentis crediderim sub

# LIBER II.

*Fregisse cervicem, & penetralia  
Sparisse nocturno cruento  
Hospitis: ille venena Colchicas, & quicæ  
quid usquam concipitur nefas  
Tractavit, agro qui statuit meo  
Te, triste lignum, te caducum  
In domini caput immerentis.*

*Quid quisque vitet, numquam homini satis  
Cantum est in horas. Navita Bosphorus  
Penus perhorrexit, neque ultra  
Caca timet aliunde fata.*

*Miles sagittas, & celerem fugam  
Parthi: catenas Parthus, & Italum  
Robur. Sed improvisa lethi  
Vis rapuit, rapierque gentes.*

*Quam pene furva regna Proserpina,  
Et judicantem viñimus AЕacum,  
Sedesque descriptas piorum, &  
Æoliis fidibus querentem*

*Sappho puellis de popularibus!  
Et te sonantem pleniū aureo,  
Alcae, plectro, dura navis,  
Dura fuga mala, dura belli!*

*Utrumque sacro digna silentio  
Mirantur umbra dicere: sed magis  
Pugnas, & exaltos tyrannos  
Densum humeris bibit aure vulgus.*

*Quid mirum, ubi illis carminibus stupens  
Demittit atras bellua centiceps:  
Aures? & intorti capillis  
Eumenidum recreantur angues?*

*Quin & Prometheus & Pelopis patres*

*C*

*Dal-*

# CARMINVM

Dulci laborum decipitur sono;  
Nec curat Orion leones,  
Aut timidos agitare lynxes.

# A D P O S T V M V M.

## O D E X I V .

Mortem vitari non possem

**E**Heu, fugaces, Postume, Postume,  
Labuntur anni: nec pietas moratur.  
Rugis, & instanti senecte  
Afficeret, indomiteque mortis.  
Non si trecentis, quotquot eunt dies,  
Amice, places illacrymabilem  
Plurona tauris: qui ter amplius  
Geryonem, Tityonque tristis  
Compescit unda, scilicet omnibus,  
Quicumque terra munere vescimur,  
Enarigandas, sive reges,  
Sive invopis erimus coloni.  
Frustra cruento Marte carebimus,  
Frausisque runci fluctibus Adrii,  
Frustra per Autumnos nocentem  
Corporibus metuemus Austrum.  
Visendus ater flumine languido  
Cocytus errans, & Danai genus  
Infame, damnatusque longi  
Sisyphus AEolides laboris.  
Linquenda tellus, & domus, & placens  
Uxor: neque harum, quas colis, arborum

# L I B E R H C

Te preter invisas cupressos,  
Ulia breveni dominum sequetur.  
Absumet hares Cacuba dignior;  
Servata centum clavibus: & mero  
Tinget pavimentum superbum  
Pontificum potiore canis.

# I N S V I S A E C V L I L V X V R I A M

## Q D E X V .

**I**Am panca aratro jugera regis  
Moles relinquunt: undique latius  
Extenta viscentur Lucrino  
Stagna lacu: platanusque calebs  
Evincet ulmos. Tum violaria, &  
Myrtus, & omnis copia narium  
Spargent olivetis odorem,  
Fertilibus domino priori.  
Tum spissa ramis laurea ferridos  
Excludet ielus. Non ita Romuli  
Prescriptum, & intonsi Catonis  
Auspiciis, veterumque norma.  
Privatus illis census erat brevis,  
Commune magnum. Nulla decempedis  
Metata privatis, opacam  
Porticus excipiebat Arcton:  
Nec fortuitum spernere cespitem  
Leges sinebant: oppida publico  
Sumptu jubentes, & deorum  
Templo novo decorare saxo.

## CARMINVM

## AD GROSPHVM.

## ODE XVI

Tranquillitatem animi optari ab omnibus: eam  
verò non congerendis opibus, honoribusve  
consequendis, sed coercendis cupiditatibus  
comparari.

**O**Tium diros rogat in patenti  
Prensus AEgeo, simul atra nubes:  
Condidit Lunam, neque certa fulgent.  
Sidera nautis.

Otium bello furiosa Thrace,  
Otium Medi pharetrà decori,  
Grosphe, non gemmis, neque purpurâ re-  
nale, nec auro.

Non enim gaze, neque consularis  
Summovet lictor miseros tumultus  
Mentis, & curas luqueata circum  
Tecla volantes.

Viritur parvo bene, cui paternum  
Splendet in mensa tenui salinum,  
Nec leves somnos timor, aut cupido  
Sordidus aufert.

Quid brevi fortis jaculamur ero  
Multæ quid terras alio calentes  
Sole mutamus? patria quis exsul  
Se quoque fugit?  
Scandit eratas vitiosa naves:  
Cura: nec turmas equitum relinquit,  
Ocyo cervis, & agente nimbos.  
Ocyo Euro-

## LIBER II.

Letus in praesens animus, quod ultra est  
Oderit curare: & amara leto  
Tempore rifu. Nihil est ab omni  
Parte beatum.

Absulit clarum citamors Achillem,  
Longa Tithonum minuit senectus:  
Et mihi forsitan, tibi quod negarit,  
Porriget hora.

Te greges centum. Siculaque circum  
Mugunt vacca: tibi tollit hinni-  
tum apta quadrigis equa: te bis. Afra  
Murice tincta

Vestient lana, mihi parva rura, &  
Spiritum Graja tenuem Camena  
Parca non mendax dedit, & malignum.  
Spernere vulgus.

## AD MAECENATEM AEGROTVM.

## ODE XVII.

Negat se ei superstitem velle esse.

**C**ur me querelis exanimas tuis?  
Nec Diis amicum est, nec mihi, te prius  
Obire, Macenas, mearum  
Grande decus, columenque rerum.

Ah! te mea si partem anima rapit  
Maturior vis, quid moror altera,  
Nec carus æquè, nec superstes  
Integer! ille dies utramque

Ducet ruinam: non ego perfidum  
Dixi sacramentum: ibimus, ibimus,

Ut-

## CARMINUM

*Ucumque præcedes, supremum  
Carpere iter comites parati.*

*Me nec Chimæra spiritus ignea,  
Nec, si resurgat centimanes Gyas,  
Divellet umquam. Sic potens  
Justitia, placitumque Parens.*

*Seu Libra, seu me Scorpions aspicit  
Formidolosus, pars violentior  
Natalis hora, seu tyrannus  
Hesperie Capricornus undet:  
Utrumque nostrum incredibili modo  
Consentit astrum. Te Jovis impio  
Tutela Saturno refulgens  
Eripuit, volucrisque fati*

*Tardarit alas: cum populus frequens  
Letum Theatris ter crepuit sonum:  
Me truncus illapsus cerebro  
Sustulerat, nisi Faunus iclum:  
Dextrâ levasset, Mercurialium  
Custos virorum. Reddere victimas,  
Ædemque rotivam memento:  
Nos humilem feriemus agnam.*

## ODE XVIII.

*Se in re tenui, sua tamen sorte contentum vive  
re: at alios nullum ædificandi, nullum quæ  
rendi, nullum rapiendi modum facere, nihil  
de morte cogitantes.*

*No n'ebur, neque aureum  
Mè renidet in domo lacunar:  
Non trabes Hymettia.*

## LIBER II.

*Premunt columnas ultima recisas  
Africæ, neque Aitali*

*Ignotus hæres regiam occupavimus*

*Nec Laconicas milii*

*Trahunt beneficia purpuræ clientæ.*

*At fides, O' ingenii*

*Benigna vena est: pauperemq; dives*

*Me petis. Nihil supra*

*Deos lacefso: nec potentem amicu*

*Largiora flagito;*

*Satis beatus unicis Sabinis.*

*Truditur dies die,*

*Noveque pergunt interire Luna,*

*Tu secunda marmora*

*Locas sub ipsum funus: & sepulchris*

*Inmemor struis domos:*

*Marisque Bajis obstrepentis urges*

*Summovere littora,*

*Parum locuples continentे ripa.*

*Quid, quod usque proximos*

*Revellis agri terminos? O' ultra*

*Limites clientium*

*Salis avarusq; pellitur paternos*

*In sinu ferens deos*

*Et uxor, O' vir, sordidoque natu*

*Nulla certior tamen*

*Rapacis Orci sede destinata*

*Aula divitem manet*

*Herum. Quid ultra tendis? aqua tellus*

*Pauperi recluditur,*

*Regumque pueris: nec satelles Orci*

*Callidum Prometheus.*

Reverxit auro captus. Hic superbum  
Tantalum, atque Tantali  
Genus coerces. Hic levare funatum  
Pauperem laboribus,  
Vocatus, atque non vocatus audit.

## IN BACCHUM.

## ODE XIX.

Sibi licere Bacchi laudes, & ejus numinis plenos,  
& concitato pectori, canere.

Bacchum in remotis carmina rupibus:

Vidi docentem (credite posteri)

Nymphasque discentes, & aures

Capripedum Satyrorum acutas.

Evae, recenti mens trepidat metu,

Plenoque Bacchi petiore turbidum

Latatur, Evae, parce Liberi,

Parce gravi metuende thyro.

Fas perricaces est mihi Thyadas,

Viniisque fontem, lactis & uberes

Cantare rivos; atque truncis.

Lapsa cavis iterare mella.

Fas & beatae conjugis additum

Stel. is honorem, teclaque Penthei

Disiecta non levè ruinæ;

Thracis & exitium Lycurgi.

Tu flebis amnes, tu mare barbarum,

Tu separatis uridus in jugis:

Nodo coerces viperino.

Bistonidum sine fraude crines.

## LIBER II.

Tu, cum parentis regna per arduum  
Cohors Gigantum scanderet impia,  
Rhœcum retrorsisti leonis  
Unguisque, horribilisque malâ:

Quamquam choreis aptior & jocis,  
Ludoque dictus, non sat idoneus  
Pugne ferebaris: sed idem  
Pacis eras mediusque bellis.

Te vidit insens Cerberus aures  
Cornu decorum, leniter atterens  
Caudam, & recedentis trilinguis  
Ore pedes, testigique crura.

## AD MAECENATEM.

## ODE XX.

Famam suam æternara force

Non usitat à nec tenet ferar  
Pennâ bisformis per liquidū aether

Vates: neque in terris morabor

Longius: invidiaque major

Urbes relinquam. Non ego pauperam.

Sanguis parentum: non ego, quem vogas,

Dilecte Maecenas, obibo,

Nec Stygiâ cohiebor undâ.

Jam jam residunt cruribus asperæ

Pelles: & album mutor in alitem

Superne: nascunturque leves

Per digitos hum rosque pluma.

Jam Deda leo ocyot Icaro,

Visam gementis littera Bosphorus

Syrtorque Getulas canorus

Ales, Hyperboraeoque campos.

Me Colchus, & quid disimulat metu

Marsa cohortis Dacus, & ultimi

Nōssent Geloni, me peritus

Dicit Iber, Rhodanique potor.

Absint inani funere nania,

Luctusque turpes, & querimonie,

Compescet clamorem, ac sepulchri

Mitte supervacuos honores..

# Q. HORATII FLACCII CARMIMUM LIBER III. ODE PRIMA.

Non opibus, aut honoribus, sed animi tranquillitate vitam beatam effici.

O Di profanum vulgus, & arceo.

Favete linguis: carmina non prius

Audita, Musarum sacerdos,

Virginibus, puerisque canto.

Regum timendorum in proprios greges,

Reges in ipsos imperium est Jovis

Clari Giganteo triumphos,

Cuncta supercilio moventis.

Est ut viro vir latius ordinet

# LIBER III.

Arbusta fulci: hic generosior

Descendat in campum peritor:

Moribus hic meliorque fama,

Contendat: illi turba clientium

Sit major. AEQUA lege necessitas

Soritur insignes, & imos.

Omne capax mouet urna nomen.

Distictus ensis cui super impia

Service pendet, non Sicula dapes

Dulcem elaborabunt saporem:

Non avium cithareque cantus

Somnum reducent. Somnus agrestium

Lenis virorum non humiles domos

Fasidit, umbras amque ripam,

Non Zephyris agit at a Tempe.

Desiderantem quod satis est, neque

Tumultuosum sollicitat mare,

Nec sevus Arcturi cadentis

Impetus, aut orientis Hadi.

Non verberata grandine vineas,

Fundusque meridax, arbore nunc aquas

Culpan'e, nunc torrentia agros

Sidera, nunc hyemes iniquas.

Contracta pisces aquora sentiunt,

Jactis in altum molibus. Huc frequens

Cementa dimittit redemptor

Cum famulis: dominusque terra

Fastidiosus. Sed timor, & mine

Scandunt eodem, quo dominus: neque

Decedit erata trivem,

Post equitem sedet atra cura.

Quod si dolentem nec Phrygius lapis,

Nec

Nec purpurarum sidere clario  
Delenit usus. Nec Falerna  
Vitis, Achemeniumque costum;  
Cur invidendi postibus, & novo  
Sublime ritu moliar atrium?  
Cur valle permute Sabina  
Diritas operostores?

## ADAMICOS.

## ODE II.

Pueros ab ineunte atate assuefaciendo esse patet,  
pertati, rei militari, viæq; laboriosa;

**A**Ngustam, amici, pauperiem patet  
Robustus acri militia puer  
Conditat: & Parthos feroceis  
Vexet eques metuendus hastas,  
Vitamque sub dio, & trepidis agas  
In rebus, illum ex manibus hosticis  
Matrona bellantis tyranni  
Prospiciens, & adulta virgo,  
Suspiret: eheu! ne ruditis agminum  
Sponsus lacepsat regius asperum  
Tactu leonem: quem cruent  
Per medias rapit ira cedes.  
Dulce & decorum est pro patria mori.  
Mors & fugacem persequitur virum,  
Nec parcit in bellis iuventæ  
Poplitibus, timidoque tergo.  
Virtus repulsa nescia sordida,  
intaminatis fulget honoribus:

Net

Nec sumit aut ponit secures  
Arbitrio popularis aure.  
Virtus recludens immerit mors.  
Celum, negata tentat iter viæ:  
Cetusque vulgares, & udam  
Spernit humum fugiente penna.  
Est & fideli tutu silentio  
Merces; vetabos, qui Cereris sacrum  
Vulgariit arcane, sub iisdem  
Sit trahibus, fragilemque mecum  
Solvat fasellum. Sape Diespiter  
Neglectus, incesto addidit integrum  
Raro antecedentem scelestum.  
Deseruit pede pœna claudo.

## ODE III.

Oratio Junonis de bello Trojano finito, & im-  
perio Romano à Trojanis initium capturo.

**J**Ustum, & tenacem propositi virum,  
Non cirium ardor prava jubentum,  
Non vultus intrans tyranni.  
Mente quatit solidas, neque austeras  
Dux inquieti turbidus Adria,  
Nec fulminantis magna Jovis manus.  
Si fractus illabatur orbis,  
Impavidum ferient ruine.  
Hac arte Pollux, & vagus Hercules  
Ininxus arces attigit igneus:  
Quos inter Augustus recumbens  
Purpureo bibit ore nectar.

Hab

Hac te merentem, Bacche pater, tua  
 Vexere tigres, indocili jugum  
 Collo trahentes: hac Quirinus  
 Martis equis Acheronta fugit:  
 Gratum elocutâ consiliantibus  
Junone Diris, Ilion, Ilion  
 Fatatis incepsusque judex,  
 Et mulier peregrina verit  
 In pulverem, ex quo destiuit deos  
 Mercede pacta Laomedon mihi,  
 Castaque damnatum Minervæ  
 Cum populo, & duce fraudulentio.  
 Nam nec Lacena splendet adulteræ  
 Famosus hospes: nec Priami domus  
 Perjuræ pugnaces Achivos  
 Hectoreis opibus refringit:  
 Nostrisque duclum seditionibus  
 Bellum refedit. Protinus & graves  
 Iras, & invisum nepotem,  
 Troica quem peperit sacerdos,  
 Marti redonabo: illum ego lucidas  
 Inire sedes, ducere nectaris  
 Succos, & adscribi quietis  
 Ordinibus patiar deorum.  
 Dum longus inter seviat Ilion  
 Romamque pontus; qualibet exules  
 In parte regnanto beati,  
 Dum Priumi, Paridisque bufo  
 Insultet armentum: Et catulos ferae  
 Celent inulta: stet Capitolium  
 Fulgen:, triumphatique posit  
 Roma ferox dare jura Medis.

Horrenda latè nomen in ultimas  
 Extendat oras. Qua medius liquor  
 Secernit Europeos ab Afro,  
 Quà tumidus rigat aryo Nilus.  
 Aurum irrepertum, & sic melius situm,  
 Cum terra celata, spernere fortior,  
 Quàm cogere humanos in usus,  
 Omne sacrum rapiente dextrâ.  
 Quicunque mundi terminus oblitus,  
 Hunc tangat armis, visere gestiens,  
 Quà parte debacentur ignes;  
 Quà nebulae, pluviaque rotes.  
 Sed bellicosis sata Quiritibus  
 Hac lege dico, ne nimium pî,  
 Rebusque fidentes, avitæ  
 Tecta velint reparare Troje.  
 Troja renascens alite lugubri  
 Fortuna, tristi clade iterabitur,  
 Ducente vîtrices catervas  
 Conjuge me Jovis & sorore.  
 Ter si resurgat murus abeneus  
 Autore Phœbos ter pereat meis  
 Excisus Argivis, ter uxor  
 Capta virtus, puerosque ploret.  
 Non hec jocosa conueniunt lyrae:  
 Quò Musa tendis? desine pervicax  
 Reserue sermones deorum, &  
 Magna modis tenuare parvis.

## CARMINVM

## AD CALLIOPEN.

## ODE IV.

Se à multis periculis, Musarum ope, creptum  
fuisse. Māle cessisse omnibus, qui adversum  
deos aliquid moliri voluerint.

**D**escende celo, O' die, age, tibi;  
Regina, longum, Calliope, mīlos;  
Seu voce nunc mavis acuta,  
Seu fidibus, citharāe p̄babi.  
Auditis, an me ludit amabilis  
Insania? audire, O' videor pios  
Errare per lucos, amena  
Quos O' aqua subeunt, O' auro*ea*  
Me fabulosa Vulture in Appulo,  
Altricis extra limen Apulia,  
Ludo, fatigatumque somno,  
Fronde novā puerum palumbes  
Texere: mirum quod foret omnibus,  
Quicumque celsē nidum Acherontia,  
Saltusque Bantinos, O' arrum  
Pingue tenent hūmilis Ferenti.  
Ut tuto ab atris corpore riperis  
Dormicem, O' ursis; ut premerer sacerd  
Latroque, collatāque myrto,  
Non sine Diis animosus infans.  
Vester, Canæa, vester in arduis  
Tollor Sabinos: seu mibi frigidum  
Præneste, seu Tibur supinum,

Seu

**L**IBER III  
Seu liquida placuere Baje.  
Vestrīs amicum fontibus, O' choris,  
Non me Philippis versa acies retrō,  
Devota non extinxit arbos,  
Nec Siculā Palinurus undā.  
Ucumque mecum vos eritis, libens  
Insanientem navita Bosporum  
Tentabo, O' aarentes arenas  
Littoris Assyrii viator.  
Visam Britannos hospitibus ferros,  
Et letum equino sanguine Concanum.  
Visam pharetratos Gelonos,  
Et Scythicum inviolatus annem.  
Vos Cesarem altum, militiā simul  
Fessas cohortes abdidit oppidis,  
Finire querentem labores  
Pierio recreatis antro.  
Vos lene consilium O' datis, O' dato.  
Gaudetis almae. Scimus, ut impios  
Titanas, immanemque turmas  
Fulmine sustulerit caduco:  
Qui terram inertem, qui mare temperat  
Ventosum, O' urbes, regnaque tristia:  
Divosque, mortalesque turmas  
Imperio regit unus aquo.  
Magnum illa terorem intulerat Jord  
Fidens juventus horrida brachiis:  
Fratesque tendentes opaco.  
Pelion imposuisse Olympo.  
Sed quid Tryphoeus, O' validus Mimas,  
Aut quid minaci Porphyron statu,  
Quid Rhæcus, evulsisque truncis

D

Ep:

# CARMINUM

Enceladus faculator audax,  
Contra sonantem Pallidis AEGIDA  
Possent ruentes? hinc avidus fierit.  
Vulcanus: hinc matrona Juno, &  
Numquam humeris positusurus arcu,  
Qui rore puro Castala lavit.  
Crines solutos qui Lycia tenet  
Dumeta, natalemque sylvam,  
Delius, & Patareus Apollo,  
Vis consilii expers mole ruit suâ:  
Vim temperatam Di quoque prouehunt  
In majus: iidem odere vires  
Omne nefas apimo moventes.  
Tejis mearum centimanus Gyas  
Sententiarum notus, & integra  
Tentator Orion Diana;  
Virgineâ domitus sagittâ.  
Injecta monsits terra ãoles suis:  
Maretque partus fulmine luridus  
Missos ad ovcum: nec perevit  
Impositam celer ignis Aetnam:  
Incontinentis qeo Tityi jecur  
Relinquit ales, nequitia additus  
Custos: amatorem trecenta  
Pirithoum cohibent catena.

# AUGUSTI LAVDES.

## ODE V.

Reguli constantia, & ad Poenos reditus.  
Aelo tonantem credidimus Jovem  
Regnare: præsens diuus habebitur  
Angustus, adjettis Britannis

# LIBER III.

Imperio, gravibusque Persis.  
Milesne Crassi conjugè barbaræ  
Turpis maritus vixit? & hostium  
( Proh curia, inversique mores! )  
Consensuit sacerorum in armis.  
Sub rege Medo Marsus, & Appulus  
Anciliorum nominis, & toge  
Oblitus, aterneque Vestæ,  
Incolui Jove, & urbe Roma.  
Hoc caverat mens provida Reguli,  
Dissentientis conditionibus  
Fadis, & exemplo trahentis  
Perniciem veniens in arvum,  
Si non periret immiserabilis  
Captiva pubes. Signa ego Punicia  
Affixa delubris, & arma  
Militibus sine eade, dixit,  
Dirupta vidi: Vidi-ego civium  
Retorta tergo brachia libero  
Portasque non clausas, & arva  
Marte coli populata nostro.  
Auro repensus scilicet acrior  
Miles redibit? Flagitio additis  
Damnum: neque amissos colores  
Lana refert medicata fuso:  
Nec vera virtus, cum semel excidit  
Curat reponi deterioribus.  
Si pugnat extricata densis  
Cerva plagis, erit ille fortiss.  
Qui perfidis se credidit hostibus  
Et Marte Poenos proteret altere,  
Qui lora restrictis lacertis

## LIBER III.

Hinc omne principium, huc refer exitū.

Dī multa neglecti deserunt  
Hesperia mala luctuosa.

Jam bis Monases, & Pacori manus,  
Non auspiciatos contulit impetus.

Nostrose & adiecisse pradam  
Torquibus exiguis renider.

Penè occipitam seditionibus  
Delevit urbem Dacus, & AEthiops:

Hic classe formidatus, ille  
Misiilibus melior sagittis.

Facunda culpa secula, nuptias

Pudum iniquinavere, & genus, & domos,  
Hoc fonte derivata clades

In patriam populumque fluxit.

Motus doceri gaudet Ionicos

Matura virgo: & singitur artubus

Jam nups, & incestos amores

De tenero macilatatur ungui.

Mox juniores quarit aduleros

Inter mariti vina: neque eligit,

Cui donec impermissa raptim

Gaudia luminibus remotis:

Sed jassa corām non sine concio

Surgit marito, seu vocat insitor;

Seu navis Hispana magister,

Dedecorum pretiosus emptor.

Non his juventus orta parentibus

Infectit aquor sanguine Punico:

Pyrrhumque, & ingentem ceci die

Antiochum, Annibalemque dñrum

Sed rusticorum mascula militum

D 3.

Pros

## CARMINUM

Sensit iners, timuitque mortem.  
Hic, unde vitam sumeret inscius,

Pacem duello miscuit. O pudor!

O magna Carthago, prabrosis  
Altior Italia ruinis!

Fertur pudica conjugis osculum,  
Parvoque natos, ut cajitis minor,

A se removisse, virilem

Torvus humi posuisse vultum,

Donec labantes consilio patres  
Firmaret auctor numquāq; aliās dato:

Interque marentes amicos

Egregius properaret exsul.

Atqui sciebat, qua sibi barbarus

Tortor pararet. Non aliter tamen

Dimovit obstantes propinquos,

Et populum redditus morantem,

Quām si clientūm longa negotia

Dijudicata lite relinqueret;

Tendens Venafra nos in agros,

Aut Lacedamonium Tarentus.

## AD ROMANOS.

## ODE VI.

Corruptos suæ ætatis mores infestatur.

DELEcta majorum immeritus lues,

Romane, donec templa rifeceris

AEdesque labentes deorum, &

Feda nigro simulacra fumo.

Dis se minorent quod geris, imperas;

Hinc

# CARMINUM

Proles, Sabetis docta ligonibus  
 Versare glebas: & severa  
     Mutris ad arbitrium recisit  
 Portare fustes. Sol ubi montium  
 Mutaret umbras: & juga demeret  
     Bobus fatigatis, amicum  
     Tempus agens abeunte currus.  
 Damnoſa quid non imminuit dies  
 Alitas parentum pejor avis, tulit  
     Nos nequiores, mox daturas  
     Progeniem vitiosiorem.

## AD ASTERIEN.

### Q D E . VII.

Consolatur eam de viri sui absentia mœstam, &  
     follicitam.

**Q**uid fles, Aster, quem tibi candidi:  
     Primo restituent vere Favonii.

Thynæ merce beatum,

Constanti juvenem file.

Gigen: ille Notis actus ad Oricum

Post insana Capre sidera frigidas.

Noctes non sine multis.

In somnis lacrymis agit.

Nequi, follicita nuncius hospita.

Suspirare Chloën, & miseram tuas

Dicens ignibus uris,

Tentat mille wafer modis.

Ut Proctum mulier perfida credulam

Falsos impulerit criminibus, nimis

Cas-

# L'EBER III.

Casto Bellerophoni  
     Maturare necem, refert.

Narrat penè datum Pelea Tartaro,  
 Magnessam Hippolytē dum fugit abstine  
     Et peccare docentes

Fallax historias moner.

Fraſtra. Nam scopulis ſurdior Icari  
     Voices audit adhuc integer. At, tibi

Ne vicinus Enipeus

Plus juſto placeat, cave;

Quamvis non aliis flector equum ſcīs

A Equè conficitur gramine Martior

Ne c quisquam citus aquè

Tu ſeo denat at alveo.

Prima nocte de mun claude; neque in vias

Sub cantu querula despice tibias

Et te ſapè vocanti

Duram, difficultilis mane.

## AD MAEGENATEM.

### Q D E . VIII.

Cur Kalend. Martiis, cùm uxori non habeat  
     nihilominus sacrificet, & epuletur tamen?

**M**artiis calebs quid agam Calendis,

Quid velint flores, & acerra thuris,

Plena, miraris positusque carbo in

Cespite virois;

Docet sermones utrinque lingue:

Voveram dulces epulas, & album-

Libero caprum, propè funeratus

Arboris itaq.

D 4

Hic

## 80 CARMINUM

Hic dies, anno redeunte, festus  
 Corticem adstrictum pice dimovebit  
 Amphora, fumum bibere instituta  
 Consule Tullo.  
 Sume, Macenas, Cyathos amici  
 Sospitis centum; & vigiles lucernas  
 Profer in lucem: procul omnis esto.  
 Clamor & ira.  
 Mitte civiles super urbe curas:  
 Occidit Daci Cotisonis agmen;  
 Medus infestus sibi luctuosus  
 Dissidet armis:  
 Servit Hispana vetus hostis ora  
 Canubens, seru domitus catenâ:  
 Jam Scytha laxo meditantur arcu  
 Cedre campis.  
 Negligens, ne qua populus laboret,  
 Parce privatus nimium cavere: ac  
 Dona presentis rape latus hora: &  
 Linque severa.

## AD LYDIAM.

## ODE IX.

## Dialogus Horatii &amp; Lydiæ.

HO. Donec gratus eram tibi,  
 Nec quisquam potior brachia candida  
 Cervici juvenis dabat,  
 Persarum vigui rege beatior,  
 LY. Donec non alia magis

## LIBER III.

Arsisti, neque erat Lydia post Chloëns.  
 Multi Lydia numinis  
 Romana vigui clarior Iliâ.  
 HO. Me nunc Cressa Chloë regit,  
 Dulces docta modos, & cithara sciens;  
 Pro qua non metuam mori,  
 Si parcent anima fata superstite.  
 LY. Me torret face mutuâ  
 Thurini Calais filius Ornithiz  
 Pro quo bis patiar mori,  
 Si parcent puero fata superstite.

HO. Quid, se prisca reddit Venus?  
 Diductosque iugno cogit abeneos?  
 Si flava excutitur Chloë?  
 Rejectaque patet janua Lydiæ?  
 LY. Quamquam fidere pulchrior  
 Ille est, tu levior cortice, & improbo  
 Iracundior Adria;  
 Tecum vivere amem, tecum obeari libens.

## IN LYCEN.

ODE X.  
 Ut positâ duritie, aliquâ ipsius misericordiâ  
 capiatur.

Extratum Tanaïm si biberes, Tyces  
 Sevo nupta viro: me tamen aspernas.  
 Perrectum ante fores objicere incolis  
 Plorares Aquilonibus.  
 Audis, quo strepitu janus, quo nemus:  
 Inter pulchra situm recta remigias?

## CARMINUM

Venit! & positas ut glacies vivet  
Puro numine Joviter?  
Ingratam Veneri pone superbiam:  
Ne currente retro funis eat rotam.  
Non te Penelopen difficilem procis  
Tyrrhenus genuit parens.  
O, quamvis neque te munera, nec preces,  
Nec tintactus viola pallor amantium,  
Nec vir Pieria pellice saucius  
Curvata supplicibus tuis  
Partas, nec rigidam mollior esculo,  
Nec Mauris animum minor anguibus.  
Non hoc semper erit liminis aut aqua  
Celestis patiens latus.

## AD MERCURIVM.

## ODE XI.

Vt cantus sibi dicit, quibus Lyde fleti posset.  
Danaidum fabula.

**M**ercuri (nam te docilis magistro  
Movit Amphion lapides canendo)

Tuque testudo resonare septem  
Callida nervis:

( Nec loquax olim, neque grata, nunc &  
Divitium mensis, & amica templis )  
Dic modos, Lyde quibus obstinatas  
Applicet aures;

Quae velut latit equa trima campis,  
Ludit exsultim: metuitque tangit  
Nuptiarum expers, & adhuc protervo  
Cruda marito.

## LIBER III.

Tu potes tigres comitesque sylvas  
Ducere: & rivos celeres morari,  
Cessit immanis tibi blandienti

Janitor ante;

Cerberus, quamvis furiale centum  
Munitant angues caput ejus, atque  
Spiritus teter, saniesque manet  
Ore trilingui.

Quin & Ixion Tityosque vultu  
Risit invito, stetit urna paulum  
Sicca, dum grato Danai puellas  
Carmine mulces.

Audiat Lyde scelus, atque notas  
Virginum penas, & inane lymphae  
Dolium fundo pereuntis imba

Seraque fatas

Que manent culpas etiam sub Orco,  
Impie, nam quid potuere majus?  
Impie sponsus potuere duro

Perdere ferro.

Una de multis face nuptiali:  
Digna, perfurum fuit in parentem.  
Splendidè mendax, & in omne virgo

Nobilis avum:

Surge, que dixit juveni marito:  
Surge: ne longus tibi somnus, unde  
Non times, detur: sacerum, & scelestas  
Falle sorores,

Quae velut nacha vitulos leane  
Singulor, cheu, lacerant ego illit  
Mollior, nec te feriam, nec intra  
Claustra tenbo.

## CARMINVM

Be pater sevis oneret catenis,  
Quod viro clemens misero pepercit  
Me vel extremos. Numidarum in agros.

Classe releget.

I pedes quod te rapiunt, & aura,  
Dum faverit nos, & Venus; i secunda.  
Omine: & nostri memorem sepulcrum.  
Scholpe querelam.

## AD. N E O B V L E N.

### O D E XII.

Eam Hebrei adolescentis amore captam, inertia  
se & desidia dedisse.

**M**iserarum est, neque amori dare ludum;  
Neque dulci mala vino lavere; aut ex-  
animari, metuentes patrua verbera lingua.  
Tibi qualem Citherea puer ales,  
Tibi telas, operoseque Miserae  
Studium auferat, Neobule, Liparae nitor Hebrei.

Eques ipso melior Bellerophontis:  
Neque pugno, neque segni pede vicius,  
Simul uncios Tiberinis humeros lavit in undis:  
Catus idem per apertum fugientes.  
Agitato gregi cervos faculari: &  
Geler alto Istantem fraticeto excipere Aprum.

## L R B E R III.

## AD FONTEM BLANDVSIAM.

### O D E XIII.

Commendat eus amicitatem;

**O** Fons Blandusia splendidior vitro,  
Dulci digne mero, non sine floribus;  
Cras donaberis hauor:  
Cui frons turgida cornibus.  
Erimis, & Venerem & pralia destinat.  
Frustra: nam gelidos inficiet tibi  
Rubro sanguine rivo,  
Lascivi joboles gregis.  
Te flagrantis atrociora Canicula:  
Nescit tangere: tu frigus amabile.  
Fessis vomere tauris:  
Prabes, & pecori vago.  
Eges nobilium tu quoque fontium,  
Me dicente, carnis impositam ilicem:  
Saxis: unde loquaces  
Lympha desiliunt tpe.

## A D P O P V L V M R O M A N V M.

### O D E XIV.

Cesaris victoriam casit, eamq; sacrificiis & fe-  
stis dapibus prosequi hortatur.

**H**erculis ritu modo dictus, ò plebs,  
Morte venalem petuisse laurum.  
Cesar, Hispana repetit Penates.  
Vittor ab oras.

# CARMINVM

Unico gaudens mulier marito  
Prodebat justis operata divis:  
Et soror clavi ducis, & decoris  
    Supplice vittas.  
Virginum matris, juvenumque nuper  
Sospitum, vos à pueri, & puelle  
Jam virum experta, male ominatis  
    Parcite verbis.  
Hic dies verè mihi festus atræ  
Eximet curas. Ego nec tumultum,  
Nec mori per nimis metuam, tenente  
    Casare terras.  
I, pete unguentum, puer, & coronas,  
Et cadum Marsi memorem duellis  
Spartacum si qua potuit vagantem  
    Fallere testa.  
Dic & arguta properet Nera  
Myrrheum nodo cohære crinem,  
Si per invisum mora Janitorem  
    Fiet abito.  
Lenit albescens animos capillus,  
Litium & rixa cupidos proterve.  
Nos ego hoc ferrem calidus juvenas  
    Consule Plancus.

# IN CHLORIM, SFV CHLORIDEM

## ODE XV.

Vt saltēm vetula, nequitiae & libidini modum  
    constituar.  
V Xor paup:is ibi;  
    Tandem nequitiae fīge medium tue;  
Famōsique laboribus.

# L I B E R . III.

Maturo propior define funeri  
Inter ludere virgines,  
    Et stellis nebulam spargere candida.  
Non, si quid Pholoen satis,  
    Et te, Clari, decet. Filia rectiss:  
Expugnat juvenum domos:  
    Pulso Thyas uti concita tympano.  
Illa cogit amor Nothi  
    Lasciva similem ludere capras,  
Te lane propè nobilem  
    Tonsa Liceriam, non citbare, decentis,  
Nec flos purpureus rose,  
    Nec poti velutam face tenus cadi.

# AD MAECENATEM.

## ODE XVI.

Auro omnia paret. Horatius verò contestus est  
    sua forte, unde beatus exsilit.

I Nclusam Danaen turris ahenea,  
Robusta que fores, & vigilum canum  
Tristes excubia munierant satis  
    Nocturnis ab adulteris:  
Si non Acrisum, virginis abdita  
Custodem pavidum, Jupiter & Venus  
Rifessent: e enim tutum iter, & patres,  
    Converso in pretium deo,  
Aurum per medios ire satellites,  
Et perrumpere amat sacra potentias  
    Ita fulmine : concidit auguris  
Argivi avimus, ob lacrum

# CARMINVM

Den̄sa excidio: diffidit urbium  
 Portas vir Macedo, & subruit amulos.  
 Reges muneribus; munera navium  
 Savos illaqueant duces.  
 Crescentem sequitur cura pecuniam.  
 Majorumque fames. Jure perhorruit.  
 Late conspicuum tollere verticem,  
 Macenas, equitum decus.  
 Quām̄ qui quis sibi plura negaverit,  
 A D̄is plura faret. Nil cupientum.  
 Nudus castra peto: & transfuga, divitiae  
 Partes linquere gestio,  
 Contempta dominus splendidior rei,  
 Quām̄ si quicquid arat non piger Appulus.  
 Occultare meis diceret horreis:  
 Magnas inter opes inops.  
 Pura riuus aque, silvoaque jugerunt  
 Paucorum, & segetis certa fides mea.  
 Fulgentem imperio fertilis Africa  
 Fallit sorte beatior.  
 Quam̄ quām̄ nec Calabria mella ferunt apes.  
 Nec Lestrigoniā Bacchus in amphora  
 Languefecit mihi; nec pinguia Gallicis  
 Crescunt vellera pascuis.  
 Importuna tamen pauperies abest:  
 Nec, si plura velim, tu dare deneges.  
 Contracto melius parva Cupidine.  
 Vestigalia porrigan:  
 Quām̄ si mygdoniis regnum Halyattici  
 Campis continuem. Multa potentibus  
 Desunt mulia. Benē est, cui Deus obtulit  
 Parca, quod satiis est, manu.

# LIBER III.

## AD AELIVM LAMIAM.

### ODE XVII.

Primū nobilitatem ipsius laudat, deinde admōnet, ut se præparēt ad diem crastinum, qui pluvius fore videbatur, hilariter exigendum.

**A** Li veteris nobilis ab Lamo,

**E** Quando & priores hinc Lamias ferunt  
Denominatos, & nepotum.

Per memores genus omne fastos:

**A**uctore ab illo ducis originem,

**Q**ui Formiarum mænia dicitur  
Princeps, & innantem Marica

Littoribus tenuisse Lirim,

Late tyrannus. Cras felis nemus

Multis, & algâ littus inutili

Demissa tempestas ab Euro

Sternet; aqua nisi fallit angustus

**A**nnoſa cornix. Dum potes, aridum

Compone lignum: cras Genium mero

Curabis, & porco bimestri,

Cum famulis operum solutis.

### AD AVNVIM

### ODE XVIII.

Deum silvestrem, infernum & pestilentem precat, ut per suos transiens agros, sibi, suisq; sit propitius.

**F**lune nym; harum fugientium amator,

Per meos fines, & aprica rura

Lenis incedas: abeasque parvis

**A**equus alumnis,

# CARMINVM

Si tēnē pleno cedit iudicis anno,  
 Larga nec desunt Veneris sodali.  
 Vina craterē, vetus arā multo  
     Fumat odore:  
 Ludit herboſa pecus omne campo.  
 Dum tibi nona redēunt Decembres,  
 Festus in pratis rāvocat otioso  
     Cum bore pagus:  
 Inter audaces lupus errat agnos,  
 Spargit agrestes tibi sylva frondes.  
 Gaudet invisa m̄ peplūfisse fōssor.  
     Ter pede terram.

# AD TELEPHVM.

## O D E XIX.

Reprehendit eum, quod veterum historiarum  
 studio deditus, ea, quae ad hilariter & jucundū  
 dē vivendum pertinent, negligat.

**Q**uantum distet ab Inacho  
 Codrus, pro patria non timidus moris.  
 Narras, O genus Aeaci,  
     Et pugnata sacro bella sub Ilio:  
 Quo Chium pretio cadum  
     Mercemur: quis aquā temperet ignibus?  
 Quo prabente domum, O quota  
     Pelignis caream frigoribus, taces.  
 Da luna properè novae,  
     Da noctis media: da, puer, auguris,  
 Murena, tribus aut novem  
     Missentur cyathis pocula commodis.

Quis

# L I B E R . III.

Qui Musas amat imparis,  
 Ternos ter cyathos attonitus petet  
 Yates. Tres prohibet supra  
     Rixarum metuens, tangere Gratia  
 Nudis juncta sororibus.  
 Insanire juvata. Cur Berecynthia  
     Cessant flamina tibia?  
 Cur pendet tacita fistula cum lyra?  
 Parcentes ego dexteras  
     Odi, sparge rosas: audiāt invidas  
 Dementem strepitum Lycus.  
     Et vicina seni non habilis Lyco:  
 Spissa te nitidum camā,  
     Pro te similem Telephe Vespero:  
 Tempestiva petit Chlœ:  
     Me lentus Glyceratorret amor mei.

# AD PYRRHVM.

## O D E XX.

Ne formosum Nearchum à sua meretricula  
     abstrahat.

**N**on vides, quanto moveas periclo  
 Pyrrhe, Getule, catulos leaneas  
 Dura post paulo fugies inaudax:  
     Proclia raptor:  
 Cum per obstantes juvenum catervas  
 Ibit, insignem repetens Nearchum,  
 Grande certamen, tibi præda cedas.  
     Major, an illi:  
 Interim dum tu celeres sagittas,

Pro

## 93 CARMINVM

Promis, hec dentes acuit timendos,  
Arbiter pugne posuisse nudo  
Sub pede palmam,  
Fertur, & leni recreare rento  
Sparsum odoratis humerum capillis:  
Qualis aut Nireus fuit, aut aquosa  
Raptus ab Ida.

## AD AMPHORAM.

## ODE XXI.

Ex qua se in Corvini gratiam vinum vetustum  
prompturum ostendit, & occasione oblata  
vini laudes commemorat.

O Nata mecum consule Manlio,  
Seu tu querelas, si re geris jocos,  
Seu rixam, & infanos amores,  
Seu facilem pia testa somnunis,  
Quocunque leclum nomine Massicum  
Servas, moveri digna bono die;  
Descende, Corvino iubente,  
Promere languidiora vina.  
Non ille, quamquam Socratis madet  
Sermonibus, te negliget horridus;  
Narratur & prisci Catonis  
Sep̄ mero caluisse virtus.  
Tu lene tormentum ingenio admores  
Plerumque duro: tu sapientium  
Curas, & arcanum jocos  
Consilium retegis Lyeo:  
Tu spem reducis mentibus anxiis,

## LIBER III.

Viresque, & addis cornua pauperis  
Post te, neque iratos trementi  
Regum apices, neque militum arma.  
Te, Liber, & si lata aderit Venus,  
Segnesque nodum solvere Gratiae,  
Viveque producent lucerne,  
Dum rediens fugat astra Phœbus.

## IN DIANAM.

## ODE XXII.

Dianæ consecrat pinum villæ suæ propinquam,  
& quotannis verris immolati sanguine arbo-  
rem hanc aspergurum se vovet.

M onitum custos nemorumque virgo,  
Que laborantes utero puellas  
Ter vocata audis, adimisque letho  
Diva triformis:  
Imminens villa tua pinus esto:  
Quam per exactos ego latus annos,  
Verris obliquum meditantis iclum,  
Sanguine donem.

## AD PHIDILEM.

ODE XXIII.

♪

Suadens, ut deos püris manibus, & conscientiaz  
benē actæ vitæ colat.

C AElo supinas si tuleris manus  
Nascente lunâ, rustica Phidile,  
Si thure placaris & hornâ

# CARMINVM

Fringe Lates, aridaque porcâ:  
 Nec pestilenter sentiet Africum  
 Fœcunda rives, nec sterilem seges  
 Rubiginem, aut dulces alumnâ  
 Pomifero grave tempus anno.  
 Nam, que nivali pascitur Algido...  
 Devota, quercos inter Cilices.  
 Aut crescit Albanis in herbis  
 Victimæ pontificum secures  
 Cervice tinger. Te nihil attinet  
 Tentare multâ cede bidentium  
 Parvos coronantem marino  
 Rore deos, fragilique myrto.  
 Immunis aram si tetigit manus  
 Non sumptuosâ blandior hostiâ,  
 Mollibit aversos Penates  
 Farre pio, C saliente mica.

## IN AVAROS.

### ODE XXIV.

In avaros iuvehitur, qui domos domibus subinde addunt, in ipso etiam mari ædificantes: cum tamen nulla ædifica necessitate mortis eos liberare possint. Ad hæc autem mala extirpanda, una cum prava illa augendi opes cupiditate, disciplina asperiore opus esse dicit.

Ntatis opulentior  
 Thesauris Arabum, C diritis Indie,  
 Camenis licet occupas

Tyrhe-

# L I B E R . III.

Tyrhenum omne tuis, & mare Ponticum:  
 Si figit adamantis  
 Sunmis vericibus dira necessitas  
 Clavos: non animam metu,  
 Non mortis laqueis expedites caputa  
 Campestres melius Scytha,  
 Quorum planstra vagas ritè trahunt domo  
 Vivunt, C rigidè Getæ:  
 Inmetata quibus jugera liberas  
 Fruges, C Cererem ferunt:  
 Nec cultura placet longior annua;  
 Defunctumque laboribus  
 Aequali recreat sorte vicarius.  
 Ille matre carentibus  
 Privignis mulier temperat innocens  
 Nec dotata regit virum  
 Conjuræ: nec nitido fidit adultero.  
 Dos est magna, parentium  
 Virtus, C metuens alterius viri  
 Certo fôdere casitas.  
 Et peccare nefas, aut pretium est mortis  
 O quisquis volet impias  
 Cades, C rabiem collere civicas  
 Si queret pater urbium,  
 Subscribi statuis, indomitam audeat  
 Refreshare licentiam,  
 Clarus postgenitis, quatenus, heu nefas!  
 Virtutem incolumem odimus,  
 Sublatam ex oculis querimus invidi.  
 Quid tristes querimonia,  
 Si non supplicio culpa reciditur?  
 Quid leges sine moribus

V.

Vana proficiunt, si neque servidis  
Pars inclusa caloribus  
Mundi, nec Boreæ finitimum latus,  
Durataque solo nives  
Mercatorem abigunt horrida callidi  
Vincunt aquora navita.  
Magnum pauperies opprobrium, jubet  
Quidvis, & facere patis  
Virtutisque viam deserit ardua.  
Vel nos in Capitolium,  
Quò clamor vocat, & turba furentium,  
Vel nos in mare proximum  
Gemas, & lapides, aurum, & inutile,  
Summi materiam mali,  
Mittamus, scelerum si bene pænitit;  
Eradenda Cupidinis  
Pravi sunt elementa: & tenera nimis  
Mentes, asperioribus  
Formanda studiis, nescit equo rudit  
Hoc erit ingenuus puer:  
Venarique timet, ludere doctior;  
Seu Græco jubeas strocho,  
Seu malis retità legibus alea.  
Cum perjura patris fides  
Confortem socium fallat, & hospitem  
Indignoque pecuniam  
Heredi properet: scilicet improba  
Crescunt divitiae, tamen  
Carta nescio quid semper abest rei.

## AD BACCHVM.

## ODE XXV.

Se Bacchi instinctu astillauq; concitatum, nova  
quædam & inaudita de Augusto dicturum.

**Q**uō me, Bacche, rapis tui (specie  
Pleum? quæ in nemora, aut quos agor in  
Velox mente novæ quibus

Antris, egregii Casaris audiar

Æternum meditans decus

Stellis inserere, & concilio Jovis?

Dicam insigne, retens, adhuc

Indicium ore alio, non secus in jugis

Ex omnibus stupet Enias,

Hebrum prospiciens, & nive candidam

Thracen, ac pede barbaro

Lustratam Rhodopen: ut mibi derio

Ripas, & vacuum nemus

Mirari libel o Najadum potens

Baccharumque valentium

Proceras manibus vertere fraxinos:

Nil parvum, aut humili modo,

Nil mortale loquar: dulce periculum est;

O Læne, sequi Dæm

Cingentem virili tempora pampino.

## AD VENEREM.

## ODE XXVI.

Se jam senem factum rebus amatoriis maius

aptum esse.

**V**ixi puellis nuper idoneus,  
Et militavi non sine gloria;  
Nunc arma, defunclumque bello

Barbiton hic paries habebit:  
*Lervum marina qui Veneris laius*  
*Custodit. Hec ponite lucida*  
*Tunalia, ♂ vestes, ♂ arcus*  
*Oppositis foribus minaces.*  
*O, qua beatam diuina tenes Cyprum, ♂.*  
*Mempsim carentem Sythoniam nire,*  
*Regina, sublimi flagello*  
*Tange Chloëm semel arrogantem.*

## AD GALATEAM NAVIGATVRAM.

## O D E XXVII.

Deterret eam, præcipue exemplo Europæ.  
**I**Mpios parva recinentis omen  
*Ducat, ♂ pregnans canis, aut ab agro*  
*Raya decurrens lapa Lanavino,*  
*Fœtaque rulpes,*  
*Rumpat ♂ serpens iter institutam,*  
*Si per obliquum similis sagitte*  
*Terruit Mannos. Ego cui timebo*  
*Providus aëspex?*  
*Ante quād stantes repetat paludes*  
*Imbrum divina avis imminentium,*  
*Oscinem corvum prece suscitabo*  
*Solis ab ortu.*  
*Sis licet felix, ubicumque maris,*  
*Et memor nostri, Galatea, rivas:*  
*Teque nec larus retet ire pius,*  
*Nec vag a cornix.*  
*Se d vias, quanto trepidet tumulta*

## L I B E R III.

Pronus Orion; ego, quid sit ater  
*Adrie, novi, sinus: ♂ quid albus*  
*Pecchet Japix,*  
*Hostium uxores puerique cæcos*  
*Sentiant motus orientis Hadi, ♂*  
*Æquoris nigri fremitum, ♂ trementes*  
*Verbere tipas.*  
*Sic ♂ Europe nivem doloso*  
*Credidit tanta vatus: ♂ scatentem*  
*Bellum pontum, mediasque fraudes*  
*Palluit audax.*  
*Nuper in pratis studiosa florum, ♂.*  
*Debita Nymphis opifex coronæ;*  
*Nocte sublustris, nihil astra præter*  
*Vidit, ♂ usdas.*  
*Quæ simul centum tetigit potentem*  
*Oppidis Creten: pater o reliatum*  
*Filia nomen, pietasque dixit*  
*Villa furore.*  
*Unde? quò veni? levis una mors est*  
*Virginum culpas, vigilansque ploro*  
*Turpe commissum? an vitiis carentem*  
*Ludit imago*  
*Vana: quæ portâ sagiens eburnâ*  
*Senium ducit? milisque fluctus*  
*Ire per longos fuit: an recentes*  
*Carpere flores?*  
*Si quis infamem mihi nunc juvencum*  
*Dedat irata, lacerare ferro, ♂*  
*Frangere eniat modò multum amatâ*  
*Cornua tauri.*  
*Impudens liqui patios Penates:*

# XII CARMINVM

*Impudens Orcum moror. O Deorum  
Si quis hac audis; utinam inter errem  
Nuda leones.*

*Antequam turpis macies decentes  
Occupet malas, teneraque succus  
Defuat preda, speciosa quaro  
Pascere tigres.*

*Vilis Europe pater urget absens:  
Quid mori cessas? potes hac aberno  
Pendulum, zona bene te secuta,  
Ladere collum.*

*Dire te rupes, & acuta lebo  
Saxa, delestant: age, te procella  
Crede veloci: nisi herile maris  
Carpeve pensum,  
Regius sanguis, domineque tradi  
Barbara pelex. Aderat querenti  
Perfidum ridens Venus, & remissis  
Filiis arcu.*

*Mox ubi lusit satis: Abstineto,  
Dixit, iratum, calidaque rixa:  
Cum tibi invictus uaceranda reddet  
Cornua taurus.*

*Uxor invicti Jovis esse nescis?  
Mitte singulans: bene ferre magnam  
Disce fortunam: tua seclus orbis  
Nomina ducet.*

## A D L Y D E N.

### ODE XXVIII.

*Diem Neptuno sacrum hilariter exigendum esse.  
Festo quid potius die  
Neptuni faciam: prome reconditum,*

*Ly-*

## L I B R III.

*Lyle strenua, Cecubum,  
Munitaque adhuc vim sapientie.  
Inclinare meritum  
Sentis, ac velut i stet volucris dies,*

*Parcis deripere horreo  
Cessantem Bibuli consulis amphoram?  
Nos cantabimus iuxtam  
Neptunum, & viriles Nerei illis comas.*

*Tu curva recines lyra  
Latonam, & celeris spicula Cynthia  
Summo carmine, que Cnidor  
Fulgentesque tenet Cycladas, & Paphos  
Junctis visit oloribus.  
Dicetur merita Nox quoque nentia.*

## A D MÆCENATEM.

### ODE XXIX.

*Iavitat cum ad coenam hilarem, publicis  
curis omissis.*

*Tyrrena Regum progenies, tibi  
Non ante verso leue merum cado  
Cum flore, Mecenas, rosarum, &  
Pressa cais balanus capillis  
Jam dudum apud me est: eripe te more  
Ne semper uidum Tybar, & Æsule  
Declive contemplicis atrum, &  
Telegoni juga parricide.*

*Fastidiosam defere copiam, &  
Molem propinquam nubibus arduis:  
Omitte mirari beat.e*

*E 3.*

*Fus*

Fumum, & opes strepitumque Rome.  
 Plerumque gratae diritti<sup>is</sup> rices,  
 Mundaque parvo sub lare pauperum  
 Cana, sine auleis, & ostro  
 Sollicitam explicuere frontem.  
 Jam clarus occultum Andromeda pater  
 Ostendit ignem: jam Procyon furit.  
 Et stella vesani Iconis,  
 Sole dies referente siccios.  
 Jam pastor umbras cum grege languides;  
 Rurumque fessus querit, & horridi  
 Dameta Sylvani: caretque  
 Ripa vagis tacitura ventis.  
 Tu civitatem quis deceat status,  
 Curas, & urbi sollici: us timess;  
 Quid Seres, & regnata Cyro  
 Bacra parent, Tanaique discors.  
 Prudens, futuri temporis exitum  
 Caliginosa nocte premit Deus:  
 Ridetque, si mortalis ultra  
 Fastrepidat. Quid adi: se, memento  
 Componere aquas: cetera fluminis  
 Ritu feruntur, nunc medio alveo  
 Cum pace detabentis Etrus.  
 Cum in mare, nunc lapides adesos,  
 Stirpesque raptas, & pecus, & domos  
 Volventis una, non sine montium  
 Clamore, vicineque silvae:  
 Cum fera diluvies quietos  
 Irritat amnes. Ille potens sui,  
 Latusque deget, cui licet in diem  
 Dixisse, vixi: cras vel attra

Nube

Nube polum pater occupato,  
 Vel sole puro: non tamen irritum  
 Quodcumque retro est, efficiet: neque  
 Diffinget, infestumque reddet,  
 Quod fugiens semel hora rexit.  
 Fortuna favo leta negotio, &  
 Ludum insolentem ludere pertinax,  
 Transmutat incertos bonores,  
 Nunc mihi, nunc aliis benigna.  
 Laudo manentem: si celeres quatit  
 Penitus, resigno, qua dedit, & mea  
 Virtute me involvo: probamine  
 Pauperiem sine dote quaro.  
 Non est meum, si magiat Africis  
 Malus procellis, ad miseras preces  
 Decurrere: & rotis pacisci  
 Ne Cyprie, Tyriaque merces  
 Addant avaro diritti mari.  
 Tunc me biremis presidio scaphae  
 Tutura per Aegeos tumultus  
 Aura feret; geminusque Pollux.

## AD MELPOMENEN MVSAM.

## ODE XXX.

Scribendis carminibus lyricis se melius consu-  
 liuisse immortalitati nominis sui, dicit, quam si  
 oblinuisset ut sibi æreat statua, aut pyramides  
 erigerentur. Præcipuamq; laudis materiam  
 fore inuit, quod primus ex Latinis in hoc  
 carminum genere Græcos imitatus fuerit.

**F**XEGI monumentum ære perennius,  
 Regalique sita pyramidum altius,  
 Quod non imber edax, non Aquilo impotens

Possit diruere, aut innoverabilis  
 Annorum series, & fuga temporum.  
 Non omnis moriar: multaque pars meis  
 Vitabit Libitinam. Usque ergo postera  
 Crescam laude recente: dum Capitolium  
 Scandet cum tacita virginē Pontifex.  
 Dicar, quā violens obstrepit Adufus,  
 Et, quā pauper aqua Druus agrestium  
 Regnabit populum, ex humili potens  
 Princeps Eoliū carmen ad Italos  
 Deduxisse modos. Sume superbiam  
 Quiescit amitatis, & mihi Delphicā  
 Lauro cingue voleus, Melpomene, comam.

# Q. HORATII FLACCI

## CARMINUM

### LIBER IV.

#### ODE PRIMA.

Te jam ea xestate esse, ut à rebus amatoriis, &  
 carminibus ludicris & venereis, alieno esse  
 animo debeat: & tamen Ligurini velano amo-  
 re torri.

Ntermissa Venus diu  
 Ruris bella moves, parces, precor, precor,  
 Non sum qualis eram bona

Sub

### LIBER IV.

Sub regno Cynara. Desine dulcium  
 Mater seva Cupidinum,  
 Circa lustra decem flectere mollibus  
 Jam durum imperii. Abi  
 Quō blande juvēnum te revocant preces;  
 Tempestivius in domo  
 Pauli, purpureis ales oloribus,  
 Comezzabere Maximi,  
 Si torrere jecur queris idoneum,  
 Namque & nobilis, & decens,  
 Et pro sollicitis non tacitus reis,  
 Et centum puer artium,  
 Latē signa feret militiæ tue.  
 Et, quandoque potentior  
 Largis muneribus riserit emuli:  
 Albanos prop̄ te, lacus  
 Ponet marmoream sub trabe Cypria,  
 Illic plurima naribus  
 Duces thura: lyraque, & Berecyntia  
 Delectabere tibia  
 Missis carminibus non sine fistula.  
 Illic bis pueri die  
 Numen cum teneris virginibus tuum  
 Laudantes, pede candido  
 In morem Salium ter quatient humum,  
 Me nec fæmina, nec puer  
 Jam nec spes animi credula mutui,  
 Nec certare juvat mero:  
 Nec vincere novis tempora floribus.  
 Sed cur heu, Ligurine, cur  
 Manat rara meas lacryma per genas?  
 Cur facienda parum decoro

177

188

## CARMINVM

Inter verba cadit lingua silentio;  
 Nocturnis te ego somnis  
 Jam captum teneo, jam volucrem sequor  
 Te per gramina Martii  
 Campi, te per aquas, dure, volubiles.

AD ANTONIVM JVLVUM, M. ANTO-  
 NI TRIVMVRIS FILIVM.

## ODE II.

Antiquos Poetas imitari periculosum est.

Pindarum quisquis studet amulari,

Jule, ceratis ope Dedalea

Nititur pennis, vertice datus;

Nomina Pono.

Monte decurrentis velut amnis, imbris

Quam super notas aliucere ripas,

Berret, immensusque ruit profundo.

Pindarus ore,

Laurea donandus Apollinari;

Sess per audaces nova dithyrambos

Verba devolvit, numerisque fertur

Lege solui;

Gen Deos, Regesque canit, Deorum

Sanguinem; per quos cecidere iusta

Monte Centauri, occidit tremenda

Flamma Chimæra.

Sire, quos Elea domum reducit

Palma calestes; pugilem ve equumve

Dicit: O cœcum potiore signis

Munere donat,

## LIBER IV.

Flebilli sponsæ jurenem raptum  
 Plorat: O vites, animumque, mores,  
 que aureos educit in astra, nigro-  
 que invidet Orco.

Multa Dircaum levat aura cygnus,

Tendit, Antoni, quoties in alios

Nubium traclus: ego apis Matine

More modoque

Grata carpentis thyma per laborem

Plurimum circa nemus, uvidique

Tiburis ripas, operosa parrus

Carmina fingo.

Concines majore poëta plectro

Cæfarem, quandoque trahet feroce

Per sacrum clivum, meritâ decorus

Fronde, Sicambros:

Quo nihil majus meliusque terris

Fata donavere, bonique divi,

Nec dabunt: quanvis redeant in autum

Tempora priscum.

Concines letosque dies, O urbis

Publicum ludum; super impetrato

Fortis Augusti redditus, forumque

Littibus orbum.

Tum mea ( si quid loquar audiendum )

Vocis accedit bona pars, O Sol

Pulcher, o laudande, canam recepto

Cæsare felix.

Tuque, dum procedis, Io triumphes,

Non semel dicemus: Io triumphes,

Civitas omnis, dabimusque divis

Taura benignis,

*Tē decem tauri, totidemque vacca,  
Me tener solvet vitulus relictā  
Matre, qui largis juvenescit herbis  
In mea vota,  
Fronte cur vatos imitatus ignes  
Tertium Luna referentis ortum,  
Quā notam duxit, nivens ridentis  
Catera falus.*

## AD MELPOMENEN.

## ODE III.

*Se natum esse ad Poëticen, ejusq; beneficio no-  
minis immortalitatem & gloriam conse-  
cucum esse.*

**Q**uem tu, Melpomene, semel  
Inscendentē plarido lumine ridentis,  
Hūm non labor Ithūmius  
Clarabit pugilem: non equus impiger  
Curru ducet Achæaco  
Victorem: neque res bellica Deliis.  
Ornatum solis ducem,  
Quod regum tumulūs contuderit minas,  
Spender Capitoli;  
Sed, que Sybi: aquæ fertile perfluant,  
Et sp̄ia nemorum comes  
Fingent Eolic carni: ne nobilem.  
Roma principis urbium  
Dignatur faboles inter amabiles  
Vat. in ponere n.e choros:  
Et jam dente minius mordor invideo.

**O** testudinis aurea  
Dulcem quæ strēpitum Pieri temperata  
O mutis quoque pisibus  
Donacuta cygni, si libeat, sonum!  
Totum muneris hoc tui est,  
Quod montror digito pretereuntium  
Romane fidicem lyre.  
Quod spiro & placebo (si placebo) tuam est!

## AD ROMAM.

## ODE IV.

Drusi Neronis, qui fuit Augusti Cæsaris privi-  
gnus, victorias de Rhœtis & Vindelicis cele-  
brat. Quin etiam Claudii Neronis fortis  
quædam licta commemorat.

**Q**ualem ministrum fulminis alitem  
Cui Rex Deorum regnum in ayes ragas  
Permitit, expertus fidelem  
Jupiter in Guymede flavo,  
Olim juventus, & patrius vigor  
Nido laborum propulit inscium:  
Vernique jam nimbis remotis,  
Insolitos docuere nifus  
Ventii paventem: mox in ovilia  
Demisit hostem vividas impetus.  
Nunc in reluctantes dracones  
Egit amor dapis, atque pugna:  
Qualémve latis caprea pascais  
Intenta, fulve matris ab ubere,

# TIT. C A R M I N V M

Jam lacte depulsum leonem,  
 Dente novo peritura vidit:  
 Videre Rhæti bella sub Alpibus  
 Drusum gerentem & Vindelici, quibus  
 Mos unde deduclus per omne  
     Tempus Amazonia securi  
 Dextras obarmet, querere distulit:  
 Nec scire fas est omnia. Sed diu  
     Latèque vicitrices cæstra  
     Consiliis juvenis revicta  
 Sensere, quid mens rit, quid indoles  
 Nutrita faustis sub penetralibus  
 Posset, quid Argusti paternus  
     In pueros animus Nerones.  
 Fortes creantur fortibus & bonis.  
 Est in juvencis, est in equis patrum  
 Virtus: nec imbellem feroce  
     Progenerant aquila columbam.  
 Doctrina sed vim promovet insitam  
 Rectique cultus peccora robotant.  
 Utcumque defecere mores,  
     Dedecorant bene nata culpa.  
 Quid debeas, o Roma, Neronibus,  
 Testis Metaurum flumen, & Asdrubal  
 Devitus, & pulcher fugatis  
     Ille dies Latio tenebris.  
 Qui primus almâ rist adreâ,  
 Dirus per urbes Aser ut Italas,  
 Cui flamma per pedas, vel Eurus  
     Per Siculas equitavit undas.  
 Post hoc secundis usque laboribus  
 Romana pubes erexit: & impio

# L I B E R IV.

Fastata Pœnorum tumultus  
 Fana Deos habuere rectos.  
 Dixitque tandem perfidus Annibalis  
 Cerri luporum præda rapacium  
 Sectamur ultro, quos opimus  
     Fallere & effugere est triumphare.  
 Gens, qua cremato fortis ab illo  
 Jactata Tuscis aquoribus, sacra  
     Natrosque, maturosque patres  
     Pertulit Aufonias ad urbes,  
 Duris ut ilex tonsa bipennibus  
 Nigra feraci frondis in Algido,  
     Per damna, per cades ab ipso  
     Ducit opes animumque ferro.  
 Non hydra facto corpore firmior  
 Vinci dolentem crevit in Herculem:  
     Monstrum re summisere Colchi  
     Majus, Ethioniae Theba.  
 Menses profundo, pulchrior evenit  
 Lullere, multa prouet integrum  
     Cum laude victorem: geretque  
     Pralia conjugibus loquenda.  
 Carthagini jam non ego nuntios  
 Mittam superbos: occidit, occidit  
     Spes omnis, & fortuna nostri  
     Nominis, Asdrubale interempto.  
 Nil Claudio non persicent manus:  
 Quas & benigno numine Jupiter  
     Defendit, & cura sagaces  
     Expediunt per acuta belis,

## AD AVGVS TVM

## ODE V.

Ut tandem in urbem redeat.

Diris orte bonis, optime Romule  
Custos gentis, abes iam nimium diu  
Maturum redditum pollicitus patrum  
Sancto concilio, redi.

Lucem redde tue, dux bone, patrie,  
Instar veris enim rultus ubi tuus  
Affulxit populo, gratior it dies,  
Et soles melius nitent.

Ut mater juvenem, quem Notus invido  
Flatu Carpachii trans maris aquora  
Cunctantem spatio longius anno  
Dulci detinet a domo,

Votis, omnibusque, et precibus vocat,  
Curvo nec faciem luctore dimovet:  
Sic desideris istia fidelibus  
Quarit patria Cesareum.

Tutus bos etenira rura perambulat:  
Nutrit rura Ceres, almuque Faunitas:  
Pacatum volitant per mare navite:  
Culpari metuit fides:

Nullis polluitur casta domus stupris:  
Mos et lex maculosam edomuit nefas:  
Laudantur simili prole puerpera,  
Culpam pena premit comes.  
Quis Parthum pareat? quis gelidum Scythen?

Quis?

## LIBER IV.

Quis, Germania quos horrida partarit  
Ietus, incolumi Cesare? quis feret  
Bellum curet Iberia?

Condit quisque diem collibus in suis,  
Et ritum viduas dicit ad arbores.

Hinc ad vina reddit latus, et alteris  
Te mensis adhibet deum.

Te multa prece, te prosequitur mero  
Defuso pateris: et Laribus tuum  
Miscer numen, uti Gracia Castoris,

Et magni memor Herculis.  
Longas o utinam, dux bone, serias  
Prates Hesperia, dicimus integro  
Sicci mane die: dieamus avidi  
Cum Sol Oceano subest.

## IN APOLLINEM, ET DIANAM.

## ODE VI.

Carmen saculare.

Dive quem proles Niobaea magna  
Vindicem lingue, Tityosque raptor  
Sensi, et Troje propè victor alta  
Phthius Achilles.

Ceteris major, tibi miles impar:  
Filius quamvis Thetidis marina  
Dardanas turres quateret tremenda  
Cuspide pugnax.

Ille, mordaci velut ita ferro  
Pinus, aut impulsa cypressus Euro  
Procedit late: posuitque collum in  
Pulvere Teucro.

Ille non inclusus equo Minerva  
Sacra mentito, male feriatos  
Troas, & latam Priami thoreis  
Falleret aulam:  
Sed palam captis gravis, heu nefas, heu,  
Nescio fari pueros Achiris  
Ueret flammis, etiam latentes  
Matris in alvo:  
Ni tuis viciis Venerisque grata  
Vocibus, Divum Pater annuisset  
Rebus Aenea potiore duclos  
Alite muros.  
Doctor arguta fidicen Thalia  
Phœbe, qui Xantho lavis amne erines;  
Daunie defende docis campane  
Lavis Agyei  
Spiritum Phœbus milii, Phœbus artem  
Carminis, nomenque dedit poëta,  
Virginum prima, puerique claris  
Patribus orti,  
Dilia tutela Dei, fugaces  
Lycas: & cervos cohidentis arcu,  
Lesbium servare pedem, meique  
Pollicis iclum;  
Itē Latona puerum canentes,  
Utē crescentem face noctilucam,  
Prosperam frugum, celeremque prones  
Volvere menses.  
Iupta jam dicet, ego dīs amicum,  
aculo festas referente luce,  
eddidi carmen docili modorum.  
Yatis Horat.

AD

## AD L. MANLIVM TORQVATVM.

## O D E VII.

Veris adventu, & æquâ omnibus hominibus moriendi cōditione sine spe revivisci, omniūq; rerum mutatione & vicissitudine proposita, invitat ad hilariter jucundèq; vivendum.

Diffugere nives, redeunt jam gramina campis  
Arboribusque come.  
Mutat terra vices, & decrescentia ripas  
Elumina pretereunt.  
Gratia cum Nymphis geminisque sororibus audet  
Ducere nuda choros.  
Immortalia ne spores monet annus, & alnum  
Qua rapit hora diem.  
Frigora mitescunt zephyris: ver proterit astas  
Inteitura, simul  
Pomifer autumnus fruges effuderit: & mox  
Bruma recurret iners.  
Danona tamen celeres reparant celestia Lune:  
Nos ubi decidimus  
Quò pius Aeneas, quò Tullus dives & Ancus:  
Pulvis & umbra sumus.  
Quis scit, an adjiciant hodierna crastina summe  
Tempore Dī superi?  
Cuncta manus avidas fugient haredis, amico  
Qua dederis animo,  
Cum semel occideris, & de re splendida Minos  
Eceris arbitria,

Non,

*Non, Torquata, genus, non te facundia, non te  
Resistet piecas.  
Infernus neque enim tenebris Diana pudicum  
Liberat Hyppolytum,  
Nec lethen vales Theseus abrumpere care  
Vincula Pirithoo.*

## AD MARCIVM CENSORINVM.

## ODE VIII.

*Nihil est, quod homines magis immortales redi-  
dere possit, quam Poëtarum carmina.*

**D**onarem pateras, grataque commodus,  
Censorine, meis era sodalibus,  
Donarem tripodas, pramia fortium  
Grajorum: neque tu pessima monerunt  
Ferres: divite me, scilicet artium,  
Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas  
Hic saxo, liquidis ille coloribus  
Sollers nunc hominem ponre, nunc Deum.  
Sed non hec mihi vis: non tibi talium  
Res est, aut animus deiiciarum egens.  
Gaudes carminibus: carmina possumus  
Donare, & pretium dicere manei.  
Non incisa notis marmora publicis,  
Per qua spiritus, & vita reddit bonis  
Post mortem ducibus: non celeres fuga  
Rejectaque retrorsum Annibalis mina,  
Non incendia Carthaginis impie,  
Elus, qui domita nomen ab Africâ

*Lucratus reddit, clavius indicant  
Lakades, quam Calabria Pierrides: neque,  
Si charta silent quod bene feceris,  
Mercedem tuleris. Quid foret Hid,  
Mavortisque puer, si taciturnitas  
Obstaret meritis invida Remuli?  
Ereptum Stygiis fluctibus Aeacum  
Virtus & favor, & lingua potentium  
Vatum divitibus consecrat insulis.  
Dignum laude virum Musa vetat mori,  
Cato Musa beat. Sic Jovis interest  
Optatis epulis impiger Hercules.  
Claram Tyndarida sidus ab infimis  
Quassas tripiunt equoribus rates.  
Ori natus viridi tempora pampino  
Liber vota bonos dicit ad exitus.*

## AD LOLLIUM.

## ODE IX.

*Scripta sua nuncquam interitura. Sine Poëtarum  
ope virtutem oblivione sempiternâ deleri. Se-  
suis versibus res à Lollo gestas memoria pro-  
ducitur. Laus conitamiz, & ceteratum  
virtutum.*

**N**E forte credas interitura, qaa  
Longè sonnentem natus ad Aufidum,  
Non ante vulgatas per artes  
Verba loquor socianda chordis.  
Non, si priores Maonius tenet  
Sedes Homerus, Pindarica latentes  
Ceaque, & Alcaii minaces,  
Strophorique graves canentes.  
Nec

Nec, si quid olim lusit Anacreon,  
Dolevit etas: spirat adhuc amor,  
Vivuntque commissi calores  
Æolie fidibus pueri.  
Non sola compescit adulteri  
Crines, & aurum vestibus illitum  
Mirata, regalesque cultus,  
Et comites Helene Lacana,  
Primusve Teucer tela Cydonio  
Direxit arcus: non semel Ilios  
Vexata: non pugnavit ingens  
Idomenus Sthenelusve solus  
Dicenda Musis pralia: non ferox  
Aector, vel acer Deiphobus graves  
Excepit iatus pro pudicis  
Conjugibus puerisque primus.  
Vixere fortis ante Agamemnona  
Multi: sed omnes illacrymabiles  
Urgentur, ignotique longa  
Nocte: carent quia vate sacro,  
Paulum sepulta distat inertia  
Celata virtus: non ego te meis  
Chartis inornatum silebo,  
Totue tuos patiar labores  
Impune, Lollis, carpere lividas  
Obliviones. Et animus tibi  
Rerumque prudens & secundis  
Temporibus dubiusque rectus.  
Vindex avaræ fraudis, & abstinentis  
Ducentis ad se curvata pecunia,  
Consulque non unius anni,  
Sed quoties bonus atque filius

I.

Rejecit.

Vultus &amp; per ev.

Explicit sua via.

Non possidentem multa.

Rectè beatum: rectius occupat

Nomen beati, qui Deorum

Muneribus sapienter uti,

Duramque callet pauperiem pati,

Pejusque letho flagitium timet.

Non ille pro caris amicis,

Aut patriâ timidus perire.

## AD LIGVRINVM

## ODE X.

Vt dum per ætatem licet, fruatur forme sue bo-  
no: alioqui fore ut iplum serò pœnitent, cum  
flos ille ætatis exaruerit.

**O** Crudelis adhuc, & Veneris maneribus po-  
tess,  
Insperrata tua cùm veniet pluma superbia,  
Et, que nunc humeris involitant, deciderint co-  
ma,  
Nunc & qui color est panicea flore prior rose,  
Mutatus Ligurinum in faciem verterit hispidam,  
Dices heu ( quoties te in speculo videris alterum )  
Quæ mens est hodie, cur eadem non puero fuit?  
Vel cur his animis incolumes non redunt genæ?

tis, qui erat Id. Aprilis, in-

vitatem ad epulas.

**E**st mihi nonum superantis annum  
Plenus Albani cadus: est in horto,  
Phylli, neccendis apium coronis,

Est hedera vis

Multas, quā crines religata fulges.  
Ridet argento domus: aracatis  
Vincta verbenis avet immolato

Spargier agno.

Cuncta festinat manus: buc & illuc  
Curvantur mīla pueris pueris:  
Sordidum fiamma trepidant rotantes  
Vertice funum.

Uttamen nōris, quibus advocēris  
Gaudii: idus tibi sunt agenda,  
Qui dies mensem Veneris marina

Findit Aprilēm,

Jure solennis milbi, sanctiorque  
Penē natali proprio, quod ex hac  
Luce Mecenas mens afflentes

O. dinat annos.

Telephum, quem tu petis, occuparit  
(Non tua fortis juvenem) puella  
Dives, & lascivus: rurisque gratā  
Compede vinctum.

Terrei

Spes, & exēmp.

Pegasus, terrenum e.

Bellerophontem;

Semper ut te digna sequare

Quam licet sperare, nefas putando,

Disparem vires. Age jam meorum

Finis amorum;

( Non enim posthac aliā talebo

Fœminū ) condicē modo, amanda.

Voce quos reddas. Minnentur atque

Carmine cura.

## A D V I R G I L I V M.

### O D E XII.

Describit Veris adventum, & Virgillum ad comē  
vivium sub conditione invitat.

**J**am veris comites, que mare temperant  
Impellunt anima linteas Thracia:

Jam nec prata rigent, nec fluvii strepunt  
Hiberna nive turgidi.

Nidum ponit, Ityn flebiliter gemens,

Infelix avis, & Cecropie domus

AEternum opprobrium, quod male barbaras  
Regum est ulta libidines.

Dicunt in tenero gramine pinguium

Custodes ovium: carmina fistulā:

Delestant deum, cui pecus, & nigri

Colles Arcadie placent.

Adduxere sitim tempora Virgili:

*Au que si properas gaudia, cum tua  
Velox merce veni. Non ego te meis  
Imminutum medicor tingere pouliss.*

*Plena dives ut in domo.  
Veris pone maras, & studium lucis.  
Nigrorumque memor, dum licet, ignis,  
Misce sociitatem consuets brevem.  
Dulce est despere in loco.*

### IN LYCE N. ODE XIII.

*Insultat ei quod jam anus fiat, & libidine  
Igrans, contemnatur à juvenibus.  
A Udixere, Lyce, Di mea vota: Di  
Audi xere, Lyce; sis annus, et ianuam  
Vis formosa videri,  
Ludisque, & bibis impudens:  
Et canticu tremulo pota cupidinem  
Lentum sollicitas; ille virentis, &  
Docta psallere Chie,  
Pulchris excubat in genis.  
Importunus enim transvolat aridas  
Quercus, & refugit te, quia luridi  
Dentes, te quis rugas.  
Turpant & capitio nives.*

*Nec viva erit.  
Nec clari lapides i.  
Nolis condita fastis,  
Inclusis vinciris dies.  
Quò fugit Venus heu? quidq; color?  
Quò motus? quid habes illius, illius?  
Quæ spirabat amores,  
Quæ me surpuerat mibi,  
Elix posi Cynarum, notaque, & artuum  
Cratarum facies sed Cynara breves  
Annos fata deaeunt,  
Seruatura diu parem  
Cornicis vetala temporibus Lycen:  
Possent ut juvenis viscer feriati  
Multo non sine risu,  
Dilapsam in cineres faciem.*

### A D A V G V S T V M.

*ODE XIV.*  
A Senatu, populoq; Romano ho nores Augusto  
tribui non possunt, qui virtutes ejus exquate  
valeant.  
*Quæ cura patrum, quæve Quiritium  
Plenis honorum muneras, tuas,  
Auguste, virtutes in eorum  
Per titulos memoresque fastos  
Æternet: è quæ sol habitabiles  
Illustrat oras, maxime Principum:  
Quæ legis expertes Latina  
Vindelicis didicere nuper  
Quid Marti fesses. Milite nrm 180.*

Medusque & Indus: te profugis Scythes  
 Miratur, ò tutela praesens  
 Italie, domineque Roma!  
 Te fontium, qui calat origines  
 Nilusque & Ister: te rapidus Trigriss,  
 Te belluosus, qui remotis  
 Obstrepit Oceanus Britannis:  
 Te non parentis funera Gallie,  
 Dureque telius audit Iberia:  
 Te cade gaudentes Sicambris:  
 Compositis venerantur armis.

## AVGVSTI LAVDES.

## ODE xv.

Se non esse idoneum ad canenda Lyricis versibus Augvsti encomii.

**P**Haebus volentem pralia me loqui,  
 Violas & urbes, increpuit lyra,  
 Ne parva Tyrrhenum per aquor  
 Vela darem: tua, Cesar, atas  
 Fruges & agris rettulit uberes,  
 Et signa nostro restituit Jovi,  
 Direpta Parthorum superbis  
 Postibus: & vacuum duellis  
 Janum Quirini clausit: & ordinem  
 Rectum eraganti frana licentia  
 Injecit: amoerisque culpas,  
 Et veteres revocavit artes:  
 Per quas Latinum nomen, & Italæ

ndis,  
 simplici.  
 mox grave pralium  
 immanesque Rhetos  
 Auspiciis pepulit secundis.  
 Spectandus in certamine Martio,  
 Devota morti pectora libera  
 Quantis fatigaret ruinis:  
 Indemitas prope qualis undas  
 Exceret Auster Pleiadum clo- o  
 Scindente nubes, impiger hostium  
 Pescare turmas: & fremeniem  
 Mettere equum medios per ignes.  
 Sic tauriformis volvitur Aufidus  
 Qui regna Dauni praefuit Appuli;  
 Cum savit, horrendamque cultis  
 Diluviem meditatur agri:  
 Ut Barbarorum Claudius agmina  
 Terrata vasto diruit impetu:  
 Primosque & extremos metendo  
 Stravit humum sine clade victor,  
 Te copias, te consilium, & tuos  
 Prebente diuos. Nam tibi, quo die  
 Portus Alexandra supplex,  
 Et vacuam patescit aulam,  
 Fortuna lustro prospera tertio  
 Belli secundos reddidit exitus:  
 Laudemque, & optatum peractis  
 Imperiis decus arrogavit.  
 Te Canaber non ante domabilis,

Crevere vites, fanique, & imperio  
Porrecta majestas ad ortum  
Solis ab Hesperio cubili.  
Custode rerum Cesare, non furor  
Civilis, aur vis eximet otium:  
Non ira, que procondit enses,  
Et miseris iniimicat urbes.  
Nou, qui profundum Dunubium bibunt;  
Edicta rumpent Julia, non Gete,  
Non Seres, infidive Persae,  
Non Tanaim propè flumen orti.  
Nosque & profectis lucibus & sacris,  
Inter jocost innumerā Liberi,  
Cum prole, matronisque nostris,  
Rite Deos prius apprecaui.  
Virtute sanctos more patrum duces,  
Lydis remisto carmine tibiis,  
Trojanique, & Anchisen, & alma  
Progeniem Veneris canemus.



## Q. HORATII

## FLACCII

## EPODON

## LIBER.

## AD MAE CENATEM.

## ODE PRIMA.

Mæceuati ad bellum Actiacum proficiscenti co-  
mitenti se offert, non tam quod praesentiâ suâ  
quicquam cibis offert, si ei afflatus, quan-  
quid minus de salute opus sollicitum sit fu-  
turus.

I Bis Liburnis inter alta navium,  
Amice, propugnacula,  
Paratus omne Cesaris periculum  
Subire, Macenaz, tuo.  
Quid nosq; quibus te vita sit superstite  
Fucundaz, si contraria gravis?  
Utrumne jussi perseguemur otium  
Non dulce, ni tecum simul?  
An hunc laborem mente laturi, dec es  
Quâ ferre non molles viros?  
Ferimus: & te vel per Alpium jugâ.

Inhospitalem & Caucasum,  
Vel occidentis usque ad ultimum sinum,  
Forti sequemur pictore.  
Roges, tuum labore quid juvem meo,  
Imbellis, ac firmus parum?  
Comes minore sum futurus in metu,  
Qui major absentes habet.  
Et astidens implumibus pullis avit  
Serpentium allapsus timet  
Magis relictis: non, ut adsit, auxili  
Latura plus presentibus.  
Libenter hoc & orane militabitur  
Bellum in tua spem gratie:  
Non ut jurencis illigata pluribus  
Aratra nitantur metu;  
Pecusve Calabris ante fidus ferridum  
Lucana mutet pascua:  
Nec, ut superna villa candens Tusculi  
Circa tangat mania.  
Satis superque me benignitas tua  
Ditavit. Haud paravero,  
Quod, aut avarus ut Chremes, terrâ premam,  
Discinctus aut perdam ut nepos.

## ODE II.

Varias vitae rusticæ laudes hac ode complecti-  
tur: præsertim verò ab animi tranquillitate  
& frugalitate eam laudat.  
**B**eatrus ille, qui procul negotiis,  
Ut prisca gens mortalium,  
Paterna rura bobus exerceat suis,

Solutus omni scenore.  
Neque excitatur classico miles truci;  
Neque horret iratum mare,  
Forumque ritat, & superba ciruum  
Potentiorum limina.  
Ergo aut adulta vitium propagine  
Altis maritat populos;  
Aut in reducta valle regnentium  
Prospectat ergantes greges.  
Inutileisque falce ramos amputans,  
Feliciores insegit.  
Aut pressa puris mella condit amphoris,  
Aut tondeg infirmas oves,  
Vel, cum decorum mitibus pomis caput  
Autumnis atvis exulto,  
Ut gaudet instictiva decorpens piraz,  
Cortantem & uram purparas,  
Qua muneretur te, Priape, & te patet  
Sylvane, rugor fuium.  
Libet jacere modo sub antiqua ilice,  
Modò in tenaci gramine.  
Labuntur altis interim ripis aquæ,  
Queruntur in silvis axes.  
Fontesq; lymphis obfus repunt manantibus,  
Sonnos quod invitellaves.  
At, cùm tonantis anniq; huberrus Jovis  
Imbris, nireisque comparat:  
Aut trudit acres hinc & hinc multa cane  
Apros in obstantes plagas:  
Aut amite levi rara tendit retia,  
Turdis edacibus dolos,  
Paridumque leporem, & adrenam laqueo gruem,  
Facunda capitat præmia.

Quis non malarum, quas amor curas habet,  
 Hec inter obliuiscitur?  
 Quod si pudica mulier in partem juvans,  
 Domum, atque dulces liberos,  
 ( Sabina qualis, aut perusta solibus  
   Pernicis uxor Appuli )  
 Sacrum vetustis exstruat lignis focum  
   Lassi sub adventum viri,  
 Claudensque textis cratibus latum pecus,  
   Distenta siccet uberas;  
 Et horna dulci vina promens dolio,  
   Dapes inemptas appetet:  
 Non me Lucifera iuverint conchylia,  
   Magis rube rhombus, aut scari,  
 Si quos Fois intonata flutibus  
   Hyems ad hoc vertat mare.  
 Non Afra avis descendat inventrem meum,  
   Non attagen Ionicus  
 Juncundior, quam lecta de pinguisimis  
   Oliva ramis arborum,  
 Aut herba lapathi prata amantis, & gravi  
   Malva salubres corporis;  
 Vel agna festis casca Terminalibus,  
   Vil hadrus ereptus lupo.  
 Has inter epulas, ut jurat pastas oves  
   Videre properantes domum!  
 Videre fessos vomerem inversum bares  
   C lic trahentes languido,  
 Postosque vernas, ditis examen domus,  
   Circum residentes Lares!  
 Hec ubi locutus fœnerator Alphius,  
   Jam jam futurus rusticus,

Omnem relegit Idibus pecuniam,  
 Querit Kalendis ponere.

## AD MAECENATEM.

## ODE III.

Allii detestatio.

Parentis olim si quis impia manus  
   Senie guttur fregerit,  
 Edat cicutis allium nocentius.  
   O dura messorum ilia!  
 Quid hoc veneni savit in praecordiis?  
   Num viperinus his crux  
 Incoccus herbis me fefellit, an malas  
   Canidia tractavit dapes?  
 Ut Argonautas prater omnes candidum  
   Medea mirata est ducem,  
 Ignota tauris illigaturum juga,  
   Perunxit hoc Jasonem:  
 Hos delibutis ultra donis pellicem,  
   Serpente fugit alite,  
 Nec tantus unquam siderum insedit vapor  
   Siculose Apulia:  
 Nec munus humeris efficacis Herculis  
   Inarfit astuosius.  
 At, si quid unquam tale concupiveris,  
   Focoſe Macenas, præcor,  
 Manum puella sua vio opponat tuo,  
   Extrema & in sponda cubet.

IN MENAM, LIBERTVM POMPEI  
MAGNI.

## ODE IV.

In ejus, ex mutata conditione, arrogantiam  
invehitur.

**L** Upis & agnis quanta sortito obtigit;

Tecum mihi discordia est,

Ibericis perusto funibus latus,

Ec crura dura compede.

Licit superbus ambules pecunias,

Fortuna non mutat genus.

Videsne sacram metiente te viam

Cum bis ter uluarum toga,

Ut ora vertat hac & huc cunctium

Liberrima indignatio!

Sectus flagellis hic trium iralibus

Praconis ad fastidium,

Arat Falerni mille fundi ingera,

Et Appiam manuis terit:

Sed libusque magnus in primis eques

Othone contempto, sedet.

Quid attinet eoi ora marium gravat

Restrata duci pondere

Contra latrones atque servilem manum,

Hoc, hic tribuno militum?

## IN CANIDIAM.

## ODE V.

Loquentem inducer puerum queydam, quen aliquot venefice sub terra defoderant mebro tenus, fame necandum, ut ex ejus jecore & medulla poculum amatorum conficerent. Hujus preces prium, deinde imprecações adversus eas describit. Eximatur autem Gratidam Canidię nomine significare.

**A**TQ deorum quisquis in celo regis

Terras, & humanum genus,

Quid iste fort tumultus? & quid omnium

Vultus in unum me tristes? Peribea

Per liberos te, se vocata partibus

Lucina veris affuit:

Per hoc inane purpure decus precor,

Per improbatum haec forem,

Quid ut noverca me intueris? aut ubi

Petita ferro bellua?

Ut hac trementi questus ore, constitit

Insignibus raptis puer:

Impube corpus, quale posset impia,

Mollire Thracum pectora:

Canidia brevibus impletata viperis

Crines, & incomptum caput,

Jubet sepulchris sacrificos erutas,

Jubet cypriſſus funebres,

Et unclia turpis ora rane sanguine,

Plumamque nocturne strigis,  
 Herbasque, quas folcos atque Iberia  
   Mittit, venenorum ser.ux:  
 Et ossa ab ore rapt a jejunè canis.  
   Flammis aduri Colchicis.  
 At expedita Sagana per totam domum  
   Spargens avernales aquas,  
 Horret capillis, ut marinus, asperis  
   Echinus, aut currens aper.  
 Abalta nullà Veja conscientiâ,  
   Ligonibus duris humum.  
 Exhauriebat ingemens laboribus,  
   Quo posset infossus puer,  
 Longo die vis terre, mutata dapis  
   Inemori spectaculo;  
 Cùm promineret ore, quantûm exstant aquâ  
   Suspensa mento corpora:  
 Excisita uti medullas, & aridum jecur,  
   Amoris eſſet poculum:  
 Interminato cùm ſemel fixæ cibo  
   Intabuiffent pupule,  
 Non defuſſe mafcula libidinis  
   Ariminensem Foliām,  
 Et otiosa creditit Neapolis,  
   Et omne vicinum oppidum:  
 Que ſidera excantata a voce Theſſala,  
   Lunamque cœlo deripit.  
 Hic irrefectum ſeva dente livido  
   Canidia rodens pollicem,  
 Quid dixit? ut quid tacuit? o rebus meis  
   Non infideles arbitra  
 Nox & Diana que silentium regis.

Arcana cùm ſunt ſacra:  
 Nunc nunc adeſte: nunc in hostiles domos  
   Irā, atque numen vertite,  
 Formidolofa dum latent ſilvis fera  
   Dulci ſopore languide,  
 Senem, quod omnes rideant, adulterum  
   Latrent Suburrana canes;  
 Nardo per unctum, quale non perfectius,  
   Mea laborarunt manus.  
 Quid accidit? cur dira barbare minus  
   Venena Medea valent,  
 Quibus superbam fugit ulta pellicem  
   Magni Creontis filiam,  
 Cùm palla, tabe munus imbotum, novam  
   Incendio nuptam abſtulit?  
 Atqui nec herba, nec latens in asperis  
   Radix ſefellit me locis.  
 Indormit unitas omnium cubilibus  
   Oblivione pellicum,  
 Ab, ab, ſolutus ambulat veneſica  
   Scientioris carmine.  
 Non uſtatis, Vare, poſonibus,  
   (O multa fletum caput!)  
 Ad me recurrēs: nec vocata mens tua  
   Marſis redibit vocibus.  
 Majus parabo: majus infundam tibi  
   Fastidienti poculum.  
 Prūſque cœlum fidet inferius mari,  
   Tellure porrecta ſupers;  
 Quām non amore ſic meo flagres, ut  
   Bitumen atris ignibus.  
 Sub hac puer, jam non, ut antè mollibus:

Lenite verbis impias;  
Sed dubius unde sumperct silentium?  
Misit Thyestes preces:  
Venena, magnum sus, nefasque, non valent  
Convertere humanam ritem.  
Diris agam vos: dira detestatio  
Nulla expiatetur victimâ.  
Quin, ubi perire jussus exspiravero,  
Nocturnus occurram furor;  
Petanque vulnus, umbras, curvo ungibus,  
Quæ vis Deorum est Manum:  
Et inquietis assidens præcordiis,  
Parvore somnos auferam.  
Vos turba vicatim hinc & hinc saxis petet,  
Contundet obscuras annas.  
Post inse pulta membra different lupi,  
Et Esquilia alites.  
Neque hoc parenes, heu, milbi superstites  
Effugerit spæculaculum.

### IN CASSIVM SEVERVM, POE. TOM MALEDICVM.

#### O D E VI.

**Q**uid immerentes hospites vexas canis  
Ignarus adversum lupos?  
Quin hic inanes, si potes, vertis minas,  
Et me remorsurum petis?  
Nam, qualis aut Molonus, aut fulvus Lacon  
(Amica vis pastoribus)  
Agam per altas, aure sublata, nives,

Quicumque precedet fera.  
Tu, cum timenda voce complesti nemus,  
Projectum odoraris cibum.  
Cave, care: namque in malos asperrimas  
Parata tollo cornua.  
Qualis Lycamba spretus infido gener,  
Aut acer hostis Bubalo.  
An, si quis atro dente me petiverit,  
Inuleus ut flebo puer?

#### AD POPVLVM ROMANVM.

IN BELLVM CIVILE GESTVM, HINC  
Bruto & Cæsio, illinc Octaviano, M. Anto-  
nio, & M. Lepido Ducibus.

#### O D E VII.

**Q**Uid, quò scelesti ruitis? aut cur dexteris  
Aptantur enses conditi?  
Parumne campis atque Neptuno super  
Esum est Latini sanguinis?  
Non, ut superbas invida Carthaginis  
Romanus arceis ureret,  
Intactus aut Britannus ut descendenter  
Sacra catenatus viâ:  
Sed ut, secundum vota Parthorum, suâ  
Urbs hac periret dexterâ?  
Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus  
Unquam, nisi in dispar genus.  
Furor nec cæsus, an rapit vis actior?  
An culpas responsum date.

Tacent; & ora pallor albus inficit,  
Mentesque perculse stupent.  
Sic est, acerba fata Romanos agunt,  
Scelusque fraterne necis,  
Ut immerentis fluxit in terram Remi.  
Sacer nepotibus crux.

## IN ANVM LIBIDINOSAM.

## ODE VIII.

Rogare longo putidam te faculo,  
Vt pirus quid enervet meas?  
Gim sit tibi dens ater: & rugis vetus  
Frontem senectus exaret;  
Hie que turpis inter aridas nates  
Podez, velut cruxa boris.  
Sed incitat me peccus, & mammae putres,  
Equina quales ubera:  
Venterque mollis, & femur tumentibus  
Exile suris additum.  
Esto beata: funus atque imagines  
Ducant triumphales tuum,  
Nec sit marita, que rotundioribus  
Onusta baccis ambulet.  
Quid quod libelli Stoici inter sericos  
Facere pulvilos amant?  
Illiterati num minus nervi rigent?  
Minusve languet fascinum?  
Quod ut superbo proceces ab ingue,  
Ore allaborandum est tibi?

AD

## AD C. CILNIVM MAECENATEM.

## ODE IX.

Præsentis voluptatem, quam est percepturus cùm  
Augustus de Antonio & Cleopatra trium-  
plum agit.

**Q**uando reposum Eccebum ad festas dapes,

Victore latus Cesare,  
Tecum sub alta, ( sic Jovis gratum ) domos,

Beate Macenas, bibam,

Sonante mistra tibiis carmen lyra,

Hac Dorium, illis Barbarum;

Ut nuper, actus cùm fredo Neptunius

Dux fugit iussis navibus,

Minatus urbi vincula, que detraverat

Servis amicus perfidis.

Romanus ( ehem! posteri negabitis, )

Emancipatus fæmine,

Fert rullum, & arma miles; & spadonibus

Servire rugosis potest!

Interque signa turpe militaria

Sol aspicit conopeum!

Ad hunc stementes verterunt bis mille equos

Galli canentes Casayem:

Hostiliumque navium in portu latent

Puppes finis rorsum citæ.

Io triumphe, tu moraris autem

Cirrus, & intactas boves.

Io triumphe, nec Jagurthino parent

Bello

Bello reportâsti ducem,  
 Neque Africano: cui super Carthaginem  
 Virtus sepulchrum condidit  
 Terrâ marique victus hostis, l'unico  
 Lugubre mutabit sagum.  
 Aut ille centum nobilem Cretam uribus  
 Ventis iterus non suis,  
 Exercitatas aut petit Syrtes Note,  
 Aut fertur incerto mari.  
 Capaciore affer hue, puer scyphos,  
 Et Chia vina, aut Lesbia:  
 Vel, quod fluentem naufragium cōversat:  
 Metire nobis Cacubum.  
 Curram metumque Casaris rerum iurato  
 Dulci Lyao solvere.

IN MAE VI V M.

## ODE X.

Tempestatem &amp; naufragium ei imprecatur.

**M**Alà soluta navis exit alie,  
 Ferens valentem Marium,  
 Ut horridis utrumque verberes latus,  
 Auster memento, fluctibus,  
 Niger rudentes Furus inverso mari,  
 Fractosque renos differat.  
 Insurgat Aquilo, quantus aliis montibus  
 Frangit trementes ilices.  
 Nec sedis atrâ nocte amicum appareat;  
 Quâ tristis Orion sadit.

Quies.

Quietiore nec feratur aquore,  
 Quâm Graja vîctorum manus:  
 Cum Fallas usto vertit iram ab Illo  
 In impiam Ajacis rectem.  
 O quantus instat navitis sudor tuis,  
 Tibique pallor luteus,  
 Et illa non virilis ejulatio.  
 Preces C' aversum ad Jovem:  
 Ionius udo cùm remugiens sinus,  
 Noto carinam ruperit!  
 Optima quid si prada curvo littore  
 Porrecta mergos juverit:  
 Libidinosus immolabitur caper,  
 Et agna tempestatisbus.

## AD PECTIVM.

## ODE XI.

Se amore captum, non poste ad versus faciendo  
operam studiumve conferre.

**P**Eli, nihil me, sicut antea, juvat  
 Scribere versiculos,  
 Amore perculsum gravi:  
 Amore, qui me præter omnes, expedit  
 Mollibus in pueris,  
 Aut in puellis urere.  
 Hic tertius decembre, ex quo destitut  
 Inachia furere,  
 Silvis honorem decutit.  
 Heu me, per urbem (nam pudet cantus malus)

Fa.

Fabula quanta fui!

Conviviorum Cœpserit:

In quicis amantem langor Cœp silentium

Arguit, Cœp latere

Pettus immo spiritus

Con raque iucundum nūl valere candidum

Pauperis ingenium

Querebar appolorans tibi,

Simul calentis inyercundus deus

Fervidore mero

Arcana promôrat loco.

Quod si meis infaustis præcordiis

Liberabit, ut hac

Ingrata ventis dividat

Fomenta, vulnus nil malum levantia:

Definet impavibus

Certare summotus pudor.

Ubi hac severis te palam laudaveram,

Iussus abire domum,

Ferebar incerto pede,

Ad non amicos, heu, mihi postes, Cœp heu,

Limina dura, quibus

Lumbos, Cœp infregi latos.

Nunc gloriantis quamlibet mulierculam

Vincere molitias,

Amor Lycisi, me teneri;

Unde expedire non amicorum: queant

Libera consilia

Net contumilia gravess.

Sed alius ardor aut pueri candida,

Aut teretiis pueri,

Longam renodantis, conpari;

## ODE XII.

En anum sœdiam ac sœtidam, quæ illius amores  
ambiebat.

**Q**uid tibi vis, mulier nigris dignissima barris?

Munera cur mihi, quid vœ tabellas

Mittis, vœ firmo juveni, neque naris obesa?

Namque sagacius unus odoror,

Polypus, an gravis hirsutis cubi hircus in alis,

Quam canis acer, ubi lateat sus,

Quis sudor vietis, & quam matus undiq; mœbris

Crescit odor, cum pene solito

Indomitam properat rabiem sedare: nec illi

Jam manet humida creta, colorque

Stercore fucatus crocodilis: jamque subando

Tenta, cubilia, testaque rumpit.

Vel mea cum servis agitat fasciis verbiss:

Inachia langues minus, ac me.

Inachiana ten nocte pores, tribi semper ad unum

Mollis opus pectat male, quære

Lesbia, querenti taurum, monstravit incitem,

Cum vibi Cons adeset Amyntas;

Cujus indomito confitior inguirne nervus,

Quam nova collibus arbor inaheret.

Muricibus Trigriis iterata vellera lana,

Cui properabantur tibi nempe.

Se foret æquales inter convivas, magis quens

Diligenter mulier sua, quam te.

O ego non felix, quam tu fugis: ut parvet acres

Aqua lupos, cospreeaque leones.

## AD AMICOS.

## ODE XIII.

Hyemem hilariter & jucundè esse traducendam.

**H**orrida tempestas calum contraxis & imbræ,  
Nivesque deducunt Jovem.

Nunc mare, nunc silva

Threicio Aquilone sonant, rapiamus amici

Occasionem de die:

Dumque virent genua,

Et decet, obducta solvatur Fronto senectus.

Tu vina Torquato move

Consule pressa meo.

Cetera mitte loqui. Deus hac fortasse benigna

Reducet in sedem vice.

Nunc & Achamenia

Perfundit nardo juvat: & fide Cylenea

Levarc diris pectora

Sollicitudinibus,

Nobilis ut grandi cecinit Centaurus alumno:

Invicta mortalis, Dea

Nate, puer, Thetide,

Te manet Assaraci tellus, quam frigida parvi

Findunt Scamandri flumina,

Lubricus & Simois.

Unde tibi redditum certo subtegmine Parca

Rupere: nec mater demum

Carula te renuehet.

Illic omne malum vino, caruque levato:

Desformis agymonia

Dulcibus alloqui.

AD

## AD C. M.

## ODE XIV.

Phrynes amorem eausam esse quamebris  
missos Jambos non absolvat.

**M**ollis inertia cur tantam diffaderit imi  
Oblivionem sensibus,

Pocula Letheos ut si ducentia somnos

Arente fauce traxerim,

Candide Meccenas, occidis sapè rogandas

Deus, Deus nam me vetat,

Inceptos olim, promissum carmen, iambo

Ad umbilicum adducere.

Non aliter Samio dicunt aruisse Bathyllo

Anacreonta Teium:

Qui persapè cava testudine flevit amorem

Non elaboratum ad pedem.

Ucris ipse miser: quid si non pulchrior ignis

Accendit obfessam Ilion,

Gaude forte tua, me libertina, neque uno

Contenta, Phryne macerat.

## AD NEAERAM.

## ODE XV.

Non servatam ab ea fidem conqueritur.

**N**ox erat, & calo fulgebat Luna sereno

Inter minora sidera,

Cum tu magnorum numen lastra Deorum

G

I

agitur ilex;  
 rachis;  
 & nautis infestus Orion  
 hibernum mares;  
 quisque agitaret Apollinis aura capillos;  
 Fore hunc amorem mutum.  
 O dolitura mea multum virtute Neara!  
 Nam si quid in Flacco viri est,  
 Non foret assidua potiori te dare nostre,  
 Et queret iratus parem.  
 Nec semel offensae cedes constantia formae,  
 Si certus intravit dolor.  
 At tu quicunque es felicior, atque meo nun*n*  
 Superbus incedis malo:  
 Bis pecore, & multa dives tellure licebit,  
 Tibique Pax tolus fluit,  
 Nec te Pythagore fallant arcana renata  
 Formaque vincas Nirea;  
 Ithu transflatos aliò marebis amores:  
 As ego vicissim risero.

## O D E XVI.

Queritur bellorum civilium nullum esse finem,  
 quare de Rep. Romana desperat, aliasque  
 terras & ipse petere cogitat, & aliis, ut idem  
 faciant, suaderet.

**A** Ltera jam teritur bellis civilibus atq*e*s,  
 Suis & ipsa Roma viribus ruit.

Quam neq*e*ne finitimi vulnerunt perdere Marsis

Minacis, aut Etrusca Porfene manus,  
 Emula nec virtus Capue, nec Spartacus acer*u*s  
 Novisque rebus infidelis Allobrox.  
 Nec fera carulea domuit Germania pube,  
 Parentibusque abominatus Annibal;  
 Impia perdemus devoti sanguinis atas:  
 Ferisque ruis sus occupabitur solum.  
 Barbans, heu, cineres insistet vistor: & arbem  
 Eques sonante verberabit ungula.  
 Quaque carent ventis & solibus, ossa Quirini  
 (Nefas videre!) dissipabit inselens.  
 Forte, quid expediat, communiter, aut melior park  
 Malis carere queritis laberibus.  
 Nulla sit hac potior sententia (Phocaorum  
 Velut profugit exscrata civitas,  
 Agros, atque Lares patrios, habitandaque fana  
 Apris reliquit, & rapacibus lupis)  
 Ires, peccus quocumque ferunt, quocumq*e* per undas  
 Notus vocabit, aut protervus Africus  
 Sic placet: an melius quis habet suadere: secunda  
 Ratem occupare quid moramur alite?  
 Sed juremus in hac: Simul imis saxa renarint  
 Vadis levata, ne redire sit nefas:  
 Neu conversa domum pigrat dare linte,  
 Padus Matina laverit cacumina.  
 In mare ceu celsus procurverit Apenninus,  
 Novaque monstra junxerit libidine  
 Mirus amor, juvet ut tigres subsidere cervis:  
 Adulteretur & columba miti*u*o:  
 Credula nec fulvo*u*o timeant armenta leones,  
 Ametque falsa levis hircus equora.  
 Hic & qua poterunt redditus absindere dulces,

Eamus omnis execrata civitas.  
 Aut pars indocili melior grege, mollis & expes  
 Inominata perprimat cubilia.  
 Vos, quibus est virtus, muliebrem tollite luctum,  
 Etrusca prater & volate littora.  
 Nos manet Oceanus circumvagus, arva, beata  
 Petamus arva, divites & insulas:  
 Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis,  
 Et imputata fioret usque vineas,  
 Germinat & numquam fallentis termes oliva,  
 Suamque pulle fucus ornat arborem.  
 Mella cava manant ex ilice: montibus altis  
 Lewis crepante lympha desilit pede.  
 Ilici injusse venient ad multa capella,  
 Refertque tenta grex amicus ubera:  
 Nec vespertinus circum gemit ursus oviles,  
 Nec intumescit alta viperis humus.  
 Pluraque felices mirabimus, ut neque largis  
 Aquosus Eurus arva radat imbris,  
 Pinguis nec siccis urantur semina glebis;  
 Utrumque Rege temperante caelum.  
 Non huc Argoo contendit remige pinus,  
 Neque impudica Colchis insulit pedem.  
 Non huc Sidonii torserunt cornua naute,  
 Laboriosa nec cohors Ulysses.  
 Nulla nocent pecori contagia; nullius astre  
 Gregem astuosa torret impotentia.  
 Jupiter illa pia securvit littora genti,  
 Ut inquinavit are tempus aineum,  
 Ere, dehinc ferro duravit secula, quorum  
 Piis secundis, uato me, datur fuga.

## AD CANIDIAM.

## ODE XVII.

Petit, ut fibi ignoscat. Eam autem dum vult vid  
 deri placere, gravissime & acerbissime vellic  
 cat, atque adeo lacerat.

**J**am iam effici do manus scientia  
 Supplex: & oro regna per Proserpinas  
 Per & Diane non moren la numina,  
 Per arque libros carminum valentium  
 Resuca ecce devolare filera,  
 Canitis, parce vocibus tandem sicutis.  
 Circumque retro velve, volve turbinem.  
 Movit nepotem Telephus Nereium,  
 In quem superbus ordinarat agmina  
 Myorum, & in quem relata acuta torserat,  
 Unxere matres Ilie addictum feris  
 Alitibus, atque canibus ho niciidae Hellebren.  
 Postquam reliktis mazibus Rex procilit,  
 Hiu, pervicacis ad pedes Achillei.  
 Setosa duris excire pellibus  
 Laboriosi remiges Ulysses,  
 Volente Circe, membra: tunc mens & sonus  
 Relapsus, atque notus in rultus honor.  
 Dedi satis superque panarum tibi  
 Amata nautis multum & infitoribus.  
 Fugit juventus, & verecundus color  
 Reliquit osta pelle amicta lurida,  
 Tuis capillis albus est odoribus.

Nullum à labore me reclinat otium,  
 Vrget diem nox, & dies noctem: neque est  
 Levare tenta spiritu precordia.  
 Ergo negatum, vincor, ut credam miser,  
 Sabella pectus increpare carmina,  
 Caputque Marsa disilire nenia.  
**Q**uid amplius vis? O mare & terra, arde;  
 Quantum neque aero delibutus Hercules  
 Nesi crux: nec Sicana ferrividâ  
 Utens in Aetnâ flamma, tu, donec cinis  
 Infuriosis aridus ventis ferar,  
 Cales venenis officina Colchicis.  
**Q**ue sinis, aut quod me manet stipendum?  
 Effire: iussas cum fide penas luam:  
 Paratus expiate, seu poposceri  
 Centum juvencos, sive mendaci lyra  
 Voles sonari: tu pudica, tu proba  
 Perambulibis astra fidus areum.  
 Infamis Helenae Castor offensus vice,  
 Fraterque magni Castoris, vieti prece  
 Alempata vari redidere lumina.  
 Et tu ( potes nam ) solve me dementiam.  
 O nec paternis obsoleta sordibus,  
 Nec in sepolchris pauperum prudens anus  
 Novendiales dissipare pulveres.  
 Tibi hospitale pectus, & pure manus,  
 Tuisque venter partum ejus: & tuo  
 Cruore rubros obstetrix pannos lavat,  
 Utcumque fortis exsiliis puerpera.

Qua ostendit, se nullis precibus exorati, nulli  
 ratione placari posse.  
**Q**uid obseratis auribus fundis preces?  
 Non saxa nudis surdiora naritis  
 Neptunus alto tundit hybernum salo.  
 Inultus ut tu riseris Cotytta:  
 Vulgata, sacrum liberi Cupidinis,  
 Et Esquilini pontifex beneficâ  
 Impune ut urbem nomine impieris meo;  
 Quid prolerit ditasse Pelignas annus,  
 Velociusve miscuisse toxicum,  
 Si tardiora fata te rotis manent?  
 Ingrata misera vita ducenta est, in hoc  
 Noris ut usque suppetas doloribus.  
 Optat quietem Pelopis infidus pater  
 Egens benigno Tantalus semper dapis;  
 Optat Prometheus obligatus aliti.  
 Optat supremo collocare Sisyphus  
 In monte saxum: sed retant leges Jovis,  
 Voles modo altis desilire turribus,  
 Atolò ense peccas Notico recludere:  
 Frustraque vincit gutturi necles tuo,  
 Fastidiosus artifis agitmonia.  
 Veletabor humeris tunc ego inimicis eques  
 Meaque terra celet insolentie.  
 An, que movere cereas imagines,  
 ( Ut ipse nosti curiosus ) & polo  
 Deripere Lunam vocibus possim meis,  
 Possim crematos excitare mortuos,  
 Desiderique temperare poculum:  
 Plorem artis in te nil agentis exitum?

E P O D O N

Certus ut denos diesies per annos  
Orbis & cantus referatque ludos,  
Ter die claro, totiesque grata  
Nocte frequentes.

Vosque veraces cecinisse Parca,  
Quod semel dielum est, stabilisque rerum  
Terminus servet, bona jam peraelis  
Jungite fata.

Fertilis frugum, pecorisque tellus  
Spicæ donet Cererem coronam.  
Nutriant fatus & aqua salubres,  
Et Jovis aura.

Condito mitis placidusque telo  
Suplices audi pueros Apollo:  
Siderum regina bicornis audi  
Luna pueras.

Roma si vestrum est opus; Hincque  
Litus Etruscum tenuere turmae,  
Jussa pars mutare Lares, & urbem  
Sospite cursu;

Coi per ardensem sine fraude Trojam  
Cajus Æneas patriæ superstes  
Liberum munivit iter, datus  
Plura relictis.

Di probos mores docili juventas,  
Di senectuti placide quietem,  
Romula genti date, remque, prolemque  
& decus omne.

Quique vos bobus veneratur albis  
Clarus Anchisa Venerisque sanguinis  
Imperet bellante prior, jacentem  
Lenit in hostem.

Q. HORATII  
FLACCII  
CARMEN

SÆCULARE.

Pro Imperii Romani incolumentate.

**P**Haebæ, sylvarumque potens Diana,  
Lucidum cœli decus, & colendi  
Semper, & culti, date que precamur  
Tempore sacro.

**Q**uo Sibyllini monuere versus,  
Virgines leetas, puerosque cœstos,  
D. s, quibus septem placuere colles,  
Dicere carmen.

**A**lme Sol, currus nitido diem cui  
Promis, & celas, aliisque & item  
Nasceris; possis nihil urbe Roma  
Visere magus.

**R**ite maturos aperire partus,  
Lenis Ithyia, tuere matres;  
Sive tu, Lucina, probas vocari,  
Seu genitalis.

**D**iva, producas sobolem, patrumque  
prosperes decreta super jugandis  
æminis, prolisque nova feraci  
Lage matris a.

Jam mari, terraque manus potentes  
 Medus Albansque timet secures:  
 Jam Scytæ responsa petunt, superbis  
     Nuper Cœ Indi.  
 Jam fides, Cœ pax, Cœ honor, pudorque  
 Priscus, Cœ neglecta redire virtus  
 Audet: appareatque beata pleno  
     Copia cornu.  
 Augur, Cœ fulgente decorus arces  
 Phœbus, acceptusque novem Camenis,  
 Qui salutari levat arte fessos.  
     Corporis artus:  
 Si Palatinas videt aquas arces  
 Remque Romanam, Latiumque felix,  
 Alterum in lustrum, meliusque semper  
     Prorogat erum.  
 Quæque Aventinum tenet, Algidumque,  
 Quindecim Diana preces virorum  
 Curret: Cœ votis puerorum amicas  
     Applicet aures.  
 Hac forem sentire, Deosque cunctos,  
 Spem bonam, certamque domum reporto,  
 Noctis, Cœ Phœbi chorus Cœ Diana  
     Dicere laudes.



## FLACCISATYRARUM

LIBER PRIMUS.

SATYRA I.

**Q**ui sit, Mecenas, ut nemo, quam sibi fortè  
